

1538.







8 leaves
64 leaves a[illegible]

3

L[illegible]
36 Sw [illegible]
7/may/25

Nº 1953

14.ª V.ª

GALENI ARS MEDICI-NALIS NICOLAO LEONICENO IN TERPRE TE.

VENETIIS.

M. D. XXXVIII.

E

F

G

H

M

GALENI ARS MEDICINALIS NICOLAO LEONICENO INTERPRETE.

TRES sunt omnes doctrinæ quæ ordini inhærent. Prima quidē ex notione finis: quæ per resolutionē fit. Secunda ex cōpositione constat eorū quæ ex resolutione fuerint inuēta. Tertia ex diffinitionis dissolutione: cui nūc incūbimus. Licet autem huiuscemodi doctrinam appellare non tātum diffinitionis dissolutionē: sed & explicationē ut nōnulli uocarūt: uel resolutionē uel diuisionē: uel (ut nonnulli alij) explanationem: uel expositionē ut alij. Conati sunt & Herophiliorū qdam talē facere doctrinam queādmodū Heraclides Erythricus. Conati sunt & eā quæ per cōpositionem & ipsi Herophilij: & quidam Erasistrati sectatores. & Athenæus Attaleus. Neminē tamē ante nos eā quæ oritur a notione finis scripsisse cōperimus: ex qua omnes artes uia quadam atque

ordine cõstituuntur sed illam quidem
alio pertractauimus loco. Hic uero dif=
finitiuam faciemus doctrinã quæ quan
tum ab ea quæ ex resolutione consistit
& dignitate: & ipso docendi ordine lin=
quitur tantum & ad totius compendiũ:
& ad singulorum memoriam præsta=
re inuenietur: sufficiẽter enim facillime
memoriæ commendantur ex diffinitiõe
dissolutiõe uniuersa. Q m̃ totius artis ca
pita in se optima diffinitio complecti=
tur quam quidam substantialem uocãt
ex aduerso distinguentes alijs quæ no=
tionales appellantur : illæ siquidem ab
his quæ accidunt rebus diffinitis: hæ ue
ro ab ipsa essentia constituuntur. Ela=
borata autem est a nobis particulatim
& in pluribus conscripta tractatibus to
tius medicinæ contemplatio quibus uti
quis possit ad triplicem doctrinam. Nũc
uero diffinitiuam aggrediemur : hoc
unum apponentes ꝙ solum capita : &
quædam ueluti conclusiones eorum
quæ alibi latius sunt demonstrata nunc
a nobis dicentur.

Quid est medicina. Cap. 2.

MEdicina est scientia salubrium & insalubriũ: & neutrorum. Nihil uero differt & si quis loco insalubriũ ægrorum dixerit. Nomen uero scientiæ communius non autem proprie accipere oportet. Salubre autem: & insalubre: & neutrum unũquodq; tripliciter dicitur, hoc quidẽ ut corpus: hoc autem ut causa: hoc uero ut signum. Et enim corpus quod sanitatem natura suscipere aptum est & causam quæ eandem efficere: uel conseruare: & signum quod potest indicare. Hæc omnia salubria græci appellare consueuerunt: eadem ratione & susceptiua morborũ corpora: & eosdem efficientes: conseruantesq; causas: & signa indicantia insalubria uocant: nec aliter corpora neutra causas signaue dixerunt: & scd̃m quidem primam rationem atq; præcipuam causarum salubrium est medicina sciẽtia propter eas autem: & aliarum secundo quidem loco insalubrium: & tertio neutrarum. Et post has eodẽ modo corporum primo quidẽ & hic salubriũ. Se

cundo loco insalubriũ: tertio neutroꝝ: Itidem de signis dicendũ: In actiõibus autem prima quidem est corporum cognitio quæ habetur ex signis: post hæc earum quæ in ipsis inuentio causarum.

Quod modis dicitur Effectiuum: Indicatiuum. & Susceptiuũ.

Cap. 3.

SEd quoniam & effectiuũ: & indicatiuũ: & susceptiuũ dupliciter unũquodq; dicitur: hoc quidẽ simpliciter: hoc uero ut nunc nosse oportet amborum esse medicinæ scientiam: Ipsum uero simpliciter duobus dr̃ modis & qđ semper: & quod utplurimum de quoꝝ utroq; medicina pertractat: Neutra uero & causa & corpus & signum: & qđ simpliciter dicitur. & qđ ut nunc tripliciter unũquodq; appellatur: hoc quidẽ quia neutris cõtrariorum est particeps: hoc uero qa utriusq;, hoc uero qa aliqñ huius: aliqñ illius: horũ aũt ipsorũ secũdum rursus duobus dicitur modis: aut quia utrũq; contrariorum ex æquo participat: aut quia aliquando plus alterũ. Est uero & in tota diffinitione si uerba

animaduertimus ambiguitas quædam quã & ipsam dissoluere oportet. C ũ. n. dicitur medicinã esse sciẽtiã, & salubriũ & insalubrium & neutrorũ significatur & ꝙ omniũ particulariũ: & qđ quorũ-dam & ꝙ qualiũ. Sed omniũ qdẽ inde-finitũ quoddã est: atq; impossibile quo-rũdam diminutum: atq; artificio carnes qualiũ ꝓo artificiosum pariter atq; suf-ficiẽs ad oĩa artis particularia: quod ẽt dicimus in medicinæ diffinitiõe cõpræ-hẽdi. Primũ igitur de corporibus dice-re aggrediemur qualia nã sunt: & salu-bria: & insalubria & neutra post hæc đ signis: & causis differemus.

De corpore Salubri. Cap. 4.

SAlubre simpliciter corpus est qđ ab ipso naturæ ortu bonã habet tẽ-peraturã in simplicibus & primis par-ticulis: atq; in his quæ ex illis cõponũ-tur instrumentis est cõmẽsuratum. Sa-lubre uero nũc est corpus quod in pre-senti est sanum: est uero & hoc eo tẽpo-re quo sanum existit bonam habens tẽ-peraturam & ɔmensurationẽ nõ tamẽ optimam at sibi propriam ipsius uero

salubris simpliciter corporis tale q̃dē est semper id quod est optima tempe-rantia præditum ac maxime est cōmen-suratum: ut multum autem quod est a constitutione optima non ualde admo-dum deficit.

De corpore insalubri. Cap. 5.

IN salubre ꝟo simpliciter est corpus quod ab ipso ortu naturæ, uel incōsi-milibus partibus malã habet tempera-turam: uel in instrumentarijs incom-mensuratione: uel utrunq; uitium. In-salubre uero nunc est corpus quod eo tempore quo tale dicitur ægrotat: neq; obscurũ est ꝙ & hoc ipsum eo quo di-citur tempore ægrotans uel inconsimi-libus malam habet temperaturam: uel in instrumentarijs incommensuratio-nem: uel utrunque. Est uero & semper insalubre quod ex ipso naturæ ortu uel pessimam habet temperaturam in sim-plicibus: & primis particulis omnibus uel aliquibus: uel his quæ obtinēt prī-cipatum uel in instrumentarijs incom mensuratum existit. Similiter autem in his: uel omnibus uel aliq̃bus: uel illis

quæ obtinent principatum. Vt multũ uero insalubre est corpus quod ab huius quidem uitio recedit nondum mediocritatem attingit.

De corpore neutro. Cap. 6.

QVoniam uero & neutrũ corpus tripliciter dicebatur: unum qdẽ quod neutrius erat extremæ dispositionis particeps: aliud autem quoniã utriusq; aliud quoniam aliquando huius: aliquando uero illius. Iuxta primum significatum. Neutrum erit corpus qđ exquisite medium est: & saluberrimi: & ĩsaluberrimi corporis: & huius hoc quidem simpliciter tale: quod ab ipso ortu naturæ ita est constitutum: hoc uero ut nunc quod in præsenti tempore mediũ exquisite existit saluberrimi atque insaluberrimi corporis. Ipsius autem simpliciter semper quidem tale est id quod in omnibus ætatibus tale perdurat; ut multum autem quod non nullas recipit mutationes. Iuxta uero secundum significatum neutrum erit corpus quod ab ipso ortu naturæ ɔtrariarũ simul est particeps dispositio-

num aut.s.in una parte.aut in duabus differentibus:in una quidem si sm̃ alteram oppositionē effectiuarum qualitatum bonam habuerit temperaturã:uel etiam secũdum utrãq; sed in formatione uel magnitudine:uel numero partiũ uel situ delinquat:aut contra in his q; dem recte se habeat uel omnibus : uel quibusdam peccet autem in temperatura. In differẽtibus uero partibus & iu; xta oẽs oppositiões potest quidq̃ simul particeps esse ꝯtrariorũ. Et semper quidem tale quod per omnes ætates in eo; dem perseuerat:ut multum uero quod aliqua ex parte euariat ita uero & nunc neutrum erit corpus iuxta scđ'3 significatum:qa uel parte in una hæc quidem sibi salubria existũt:illa uero isalubria uel in differẽtibus ita afficitur partibus iuxta uero tertium significatum neu; trum erit corpus quod aliquando qui; dem salubre aliquando uero insalubre existit:ut nonnullis accidit qui ipueritia salubritate corporis uigent cũ uero ad iuuentutem peruenerint insalubres euadunt;aut contra. In uno autem tem

pore quod ita est neutrum cõsistere ne quit latius uero si accipiatur contingit. Nouimus autem quod nunc dupliciter dicitur. Salubre igitur & neutrum corpus q̃ modis dicatur & quale unũqđ q; sit sufficienter explicauimus. De signis uero deinceps dicendum.

De signis salubribus. Ca. 7.

SVnt autem & ex his salubria quidẽ quæcũq; præsentem indicant sanitatem: & futuram prænuntiant. & præteritam memoriæ subijciunt. Insalubria uero quæ & præsentem indicant ægritudinem & futuram prænuntiant atq; præteritam memoriæ subijciunt. Eadẽ ratione neutra dicuntur quæ neutram dispositionem ostendunt: prænuntiant & memoriæ subijciũt: & quæ nihil omnino de dispositionibus indicant uel nihilo magis salubrem q̃ insalubrem dispositionem ostendũt & partim quidẽ salubrem: partim uero insalubrem idicant dispositionem & quæ aliquando quidem salubrem aliquando uero insalubrem, & hæc quoq; scđm tria tempora ueluti salubria & insalubria appellã

tur. Vocantur autem nonnunquam a uetustioribus medicis hæc oia signa p̄nunciatiua quamuis præsentium ac p̄teritorum indicatiua: usus uero non paruus ex prænunciatiuis: atque indicatiuis minor autem ex his quæ memoriæ subijciunt. Cum uero sint salubria corpora hæc quidem simpliciter hæc uero ut nunc quæ & bene ualentia dicūtur. Salubrium simpliciter corporum duplicem diximus esse differentiā quoniam nonnulla quidem semper: nonnulla uero ut multū essent talia & semper quidem quæ optimam constitutionem sortita sunt: ut multum uero quæ non magnopere ab illa recedunt.

De signis optime constitutionis. Cap. 8.

HOrum autem dignotiones sumendæ sunt ab his quæ secundum essentiæ rationem ipsis insunt: & ab his quæ ex necessitate consequuntur operationibus casibusque qui proprie acci

dentia uocantur. Ab eſſentia quidem ipſa eorum quæ optimam habent conſtitutionem commenſuratione conſimilium quidē in caliditate frigiditate humiditate & ſiccitate. Inſtrumentorum uero in quantitate ac numero eorū ex quibus componuntur ac præterea formatiōe ſitu partium ſingularum ac totius inſtruméti. Ex his uero quæ ex neceſſitate conſequuntur conſimilia quā tum quidem attinet ad tactam a mediocritate quæ in mollitiæ ac duritie conſiſtit. Quantum uero ad aſpectum a colore optimo & leuitatis: atque hiſpiditatis mediocritate. In operationibus a perfectione: quam & ipſarum uirtutem appellamus. Ab his uero quæ inſtrumentarias partes cōſequuntur a cōmenſuratione & pulchritudine omniū totius corporis inſtrumentorū ac præterea earū quæ ipſis inſunt uirtute operationum. Optime igitur conſtitutionis corporū ſigna indicatiua ſunt hæc. Eorum autem quæ ab ipſa deficiunt: & adhuc tamen ſalubria exiſtunt nōnulla quidē inconſimiliū tēperatura uitiū ali

quod paruũ habẽt nõnulla uero in in-
strumentariorũ cõmensuratione & hoc
quoqꝫ per exiguum: accidit autem hoc
uel in omnibus uel in aliquibus aut in
utrisqꝫ uitiorum uero genera eadẽ sunt
his quæ uirtutem perficiũt: temperatu
ra quidem incõsimilibus. Numerus au
tem & formatio & magnitudo & situs
in istrumẽtariis: utrisqꝫ uero cõmunis
unitas quam & ipsorum continuitatẽ
appellamus: in his autem ipsis generi-
bus sunt corporum insalubrium uitia
sm̃ utrũqꝫ insalubritatis modũ. Termi
nus autẽ qui utrũqꝫ distinguit est ope-
ratiõum læsio sensibilis. Quæ uero ab
optima corporum constitutione breue
aliquid deficiunt re uera quidẽ & ipsa
in aliqua sunt offensa; nõ tamẽ id sen-
su compræhẽditur. Distinguuntur ue-
ro ex eo: ꝙ magis minusue in operatio
nibus existit: ac quia causis quæ ægri-
tudinem pariunt non æque resistunt:
quæ autem simpliciter insalubria sunt
corpora distinguuntur: ob id qđ facile
a causis quę morbos cõmittẽdi uim ha
bent superantur. Et quoniam in uigore

operationũ plurimũ deficiũt. In medio aũt amborũ collocantur ea quæ neutra exqſite appellãtur & cũ latitudine qua dã. Quo fit ut tota ſanitatis latitudo in tres partes quarũ ſingulæ latitudinẽ hñt non paruã diuidat. Erit aũt prima qdẽ ſalubriũ corporũ ſecũda neutrorũ tertia inſalubriũ, Poſt quæ deiceps ſequũtur quæ iam ægrotant corpora quæ ſenſibilibus opationũ læſionibus diſtinguũtur. Quæ igitur dolore infeſtantur: & quorũ motus ſunt uitioſi: aut omnino interierunt manifeſtã habẽt determinationẽ. Quæ uero imbecilles ædunt operationes in magnis qdẽ diſtãtijs facile diſcernũtur. In paruis uero ambigua ſũt: atq; idcirco in eo genere noxæ collocantur quæ neutris cõtrariorũ participat diſpoſitio quã & ipſam neutram dicimus appellari. Ita tñ ut horũ omnium ſenſus ſit iudex: nõ ipſa natura rerũ inſpiciatur ne piculum ſit in dogma ppetuæ paſſibilitatis incidere: & qdẽ ſigna ſanorũ corporum, ſed quæ inſalubria, ſalubriaq;, & neutra exiſtũt quãtitate diſtãtiæ differunt duobus inuicẽ cõtrarijs terminis a

nobis ſtatutis optima uidelicet cõſtitu,
tione corporis : & nuper facta ægritu,
dine : ac deinceps conſiderantibus utr.
eorum uicinoria ſunt ea que ad exa: 1
men corpora ueniunt . Quæ enim pro:
ximiora ſunt optimæ conſtitutioni ſa:
lubria : Quæ uero ab hac longius di:
ſtant atque ad ea quæ iam ægrotant
magis accedunt inſalubria : Quæ au:
tem intermedia atqꝫ equaliter ab utriſ:
que diſtare uidentur neutra . Optimæ
igitur cõſtitutionis corporis indicia ex
plicauimus : Eorum uero quæ ab ipſa
deficiunt totidem ſunt numero genera
quæ in magis & minus ſecari poſſunt:
Cum autem in tres latitudines diuiſa
ſint corporis inſalubris ſimpliciter idi:
cia trademus ; Ex his enim & reliquæ
duæ latitudines innoteſcent . Genera:
liter igitur prius a nobis in eo quem de
optima conſtitutione ſermonem habui
mus ſpecialiter autem nunc dicetur : ſi
prius partes diuiſerimus.

Quod ſunt differentiæ partium.
Cap. 9.

SVnt uero earum quatuor uniuersæ differentiæ: quoniam nonnullæ earum principia existunt, aliquæ ꝑo ab ipsis originem habent, aliquæ nec aliarum gubernationi præsunt, neque aliunde gubernantur], quum insitas habeant a natura potentias, a quibus reguntur: quædam uero sunt quæ insitas simul, & aliunde emanantes habent. Principia igitur sunt, cerebrum, cor, hepar, testiculi. Ab illis uero ortum habent, atque eisdem subministrant, nerui quidem, & spinalis medulla cerebro: cordi uero arteriæ, hepati, uenæ: ipsa uero seminaria uasa testiculis. Quæ autem a seipsis gubernantur, sunt, cartilago, os, copula seu ligamentum, membrana, adenes, adeps, caro simplex. Reliquæ uero partes, cum una cum istis habeant ex seipsis regimen, arterijs, neruis & uenis insuper eguerunt. Capillorum autem, atque unguium neque regimen ullum est, sed generatio tantummodo. Hæ igitur sunt partium differentiæ.

De signis cerebri. Cap. 10

INdicia autē singularū tēperaturæ sumpto a cerebro initio, deinceps dicem⁹ Sunt uero quinq; insita genera quæ ipsius naturā ostendunt. Primū quidē totius capitis dispositio. Secūdum uero sensibiliū operationū uirtus, & uitium. Et tertium actiuarū. Quartū earū quæ tenent principatū. Et quintum naturaliū. Aliud uero genus præter hæc omnia, ea quæ extrinsecus aduenit alteratio. Et quidem totius capitis dispositio ex magnitudine, & figura sumit, atq; capillis.

De paruitate & magnitudīe capitis. C. 11

PAruū igitur caput uitiosæ constitutionis cerebri proprium est indiciū. Magnū uero non necessario indicat bonā cerebri cōpositurā. Sed si quidē ob insitæ uirtutis robur, q multā, atq; optimā materiā afformauerit, eueniat, optimū ē signū. at si ob materiæ tm̄ multitudinē, haudquaq̄ bonū. Distinguēda uero sūt hæc, & ex figura ipsa, & ex his q ab eo habent ortum. A figura quidem ipsa, si concina, semper enim hoc bonum est signum. Ex his autem quæ ab eo eorū

habent,

habēt, si ualida est ceruix, & si alijs ossibus optime constet, atq; omnis præterea neruosa substantia boni sit habitus, ac robur habeat intētum. Propria autem capitis figura est, ueluti si excogitares sphærā exquisite rotūdam, ex cæra constructam, paulatim utrinq; depressam. In hac enim necesse est: ut posteriores, prioresue partes plus gibbæ fiant, q̃ sphæræ conueniat. Quæ uero utrinq; consistunt, magis recte. Quod si ea quæ secūdum occiput eminentia minuat, simul intueri oportet neruos, atq; ceruicē, una cum ossibus alijs. Nā si secūdum naturam constiterint, materiæ defectu: nō uirtutis inbecillitate cōtingit. Illis uero nō recte se habētibus, principiū est debile, sed magna ex parte defectus qui occipiti eueniunt, cōsequitur eorum quæ antediximus imbecillitas, rarissimeq; aliter euenire cōsueuit. Caput etiam quod secundum occiput in acutiem tendit, animaduertere oportet, hisdem adhibitis distinguēdi rationibus, quibus antea in capite grādiori facto utebamur. Vt plurimū ue-

to: & hic optimum est signum figura
&cina eius partis, quæ cerebro adheret
quā nōnulli medici posterius cerebrū
appellare cōsueuerunt. queādmodum
& posterius existit ea futura quæ Græ-
cæ literæ formam habet præfinitā. Est
uero huiusmodi pars spinalis medul-
læ principium, & eius ratione neruorū
omniū qui actionibus obseruiunt. Ip-
sa autē pars posterior ꝑ seipsam pau-
cos admodū sensitiuos obtinet neruos
plurimos uero actiuos: sicuti & ante-
rior, sensitiuos quidē plurimos, pau-
cos admodū actiuos. Quare ubi bene
fuerit affecta utraqꝫ pars, robustas ha-
bebūt eas q̄ ab ipsis deriuationes. Eæ-
dē quoqꝫ distinctiones adhibēdæ sunt
ad partes capitis anteriores ad frontē
attinētes, q̄ etiam ad posteriores: earū-
demqꝫ, & paruitatem, & magnitudinē
inspicere oportet, atqꝫ itidē figurā, &
sensus ibi collocatos: uisum, gustum
atqꝫ odoratum. Hæc enim seinuicē indi
cant, atqꝫ attestātur, & que a principijs
oriuntur, principij uirtutē, uel uicium,
& principiū eorum q̄ ab ipso nascunt.

¶ De operationibus obtinentibus principatum. Cap. 12.

EArum autem operationū quæ obtinent principatum: uirtus: ac uiciū sunt ipsius principij seorsum tantūmodo indicia. Voco autē operationes principatum obtinentes: quæ a solo principio proueniūt. Ingenium quidē igitur subtilem cerebri: substātiā indicat: tarditas uero intellectus crassam: discēdi uero facilitas: formarū facile susceptiuam: memoria autē: stabilē: ac firmā: sicuti & discendi difficultas: formarū nō facile susceptiuā: & obliuio: fluidā. Mobilitas quoq; in opinionibus: calidam: stabilitas autem frigidā. Adhuc autem duo indiciorum genera mihi uideor prætermisisse: de quibus sum ab initio me dicturū pollicitus, quorū alterū ad opationes attinet naturales, alterū uero ad ea q̄ extrinsecus occursant. Erit autē in utrisq; sermo communis.

¶ Signa bonæ temperaturæ cerebri. Cap. 13.

SI quidē cerebrum sortiatur bonā quatuor primarum qualitatū tem

peraturam, omnia quæ diximus habebit moderata: & excremēta que uel per palatū, uel aures, uel nares, uel oculos expurgantur, hæc quoq; modice se habebunt, atq; ab his que extrinsecus occursant minime lædetur, quæ scilicet, uel calefaciunt, uel frigefaciunt, uel humectant, uel exiccāt. Talibus igitur capilli capitis: dū ad huc sunt infantes subruffi, cū uero pueri, subflaui, cū iā adoleuerint flaui fiunt, medijq; sunt inter eos q omnino sunt crispi, & simplices: non tamen facile caluitium patiūtur. Que uero dicuntur ac posterius dicenda indicia sunt, accipere oportet, ut in bonam habētibus temperiem habitationibus. Quæ autem ad capillos attinent, non ad locorum tantum, sed ad humorum quoq; temperaturā, qui cerebri temperaturæ proportione respōdent, sunt referēda. Si uero calidius sit q̄ oporteat, in altera uero oppositione bonā habeat temperaturam, si quidē in caliditate excesserit, omnia quæ dicētur, ualidiora erunt indicia, sed si paruus fuerit excessus imbecillia commu

nis autem hæc ratio ſtatuatur in omnibus partibus, quarũ intẽperaturis uniuerſis indicia ſumus tradituri.

Signa calidi cerebri. Cap. 14

DEinceps igitur ſigna cerebri caliditatis, præter ea quæ nuper diximus, ſunt, ꝙ ea quæ circa caput omnia rubicunda, & calida magis, & quæ in oculis uenæ ſenſui patent, Capilli quoque, in his ſtatim in lucem æditis habent in capite ortum & quum plurimum in caliditate a mediocri tẽperatura receſſerint, nigri, & robuſti. & criſpi fiunt. Cũ uero non multum, ſubflaui quidem ab initio fiunt, deinde nigricant, ac progredientibus ætatibus caluitium patiuntur, atq; eo magis qui plus modico ſunt calidiores. Ex crementa uero quæ per palatum & nares, & oculos, & aures, pauca, & cõcocta ipſis exiſtunt, quum integram habuerint ſanitatẽ. cum uero eis caput repletur, continuo enim ac tũ præſertim, cum nullam uictus ſeruauerint rationẽ, tale quid eis accidit plura quidẽ in ipſis excrementa, atq; inconcocta generant, implenturq;: atq; aggrauantur eorum

capita a calidis cibis, & potibus, odoribus, atq; hisce omnibus quæ extrinsecus occursant, in quorum numero est, & qui nobis circunfunditur aer: sed ꝑterea magis, si non solũ natura calida, sed ẽt humida corpora extiterint. Breuibus autem somnis huiusmodi tẽperaturæ contentæ sunt, neq; admodũ profundis.

¶ Signa frigidi cerebri. Ca. 15.

FRigidioris uero, q̃ oporteat, cerebri indicia sunt, plura in proprijs meatibus excrementa, & capilli recti, & ruffi, & stabiles, & qui longo post natiuitatẽ tempore nascũtur tenues atq; ab initio male nutriti, & facile a causis frigidis offenduntur, atq; hoc ipso offensionis tẽpore distillationibus & grauedinibus capiuntur neq; si tetigeris partes ad caput attinentes admodũ calide sentiuntur neq; si inspexeris rubicundæ apparent & oculorum uenæ oĩno uisum effugiunt & somnolenti quodãmodo sunt.

¶ Signa sicci cerebri. Cap. 16.

SIccioris autem cerebri indicia sunt paucæ supfluitates effluentes & sensuum perspicacitas. Sunt autem ad ui-

gilias prompti, & capillos habent robustos, & qui celerrime eis genitis innascũtur. Crispi autem potius sunt, quã recti. Cito autem calui fiunt.

¶ Humidi cerebri indicia. Cap. 17

HVmidioris uero cerebri indicia, capilli plani, & nequaq̃ calui fiunt. sensus autem turbulenti, & excrementorum multitudo: somni multi, atq; profundi. Et hæ quidem simplices sunt intemperaturæ.

¶ Signa calidi, & sicci cerebri. Ca. 18

COmpositæ autem, primum calida, & sicca, secũdum quã, & superfluitatibus carent, & sensibus uigent, & plurimum uigilãt, & cito calui fiunt, & prima quidem capillorũ generatio celerrima est, ac plurimo abundans alimento. Capillos uero habẽt nigros, & crispos, & tãgentibus caput, calidi sentiuntur, & sunt rubicũdi usq; ad ætatẽ consistentiæ.

¶ Signa calidi, & humidi cerebri. Cap. 19.

SI uero humiditas adiungatur calidi tati, parum utrisq; qualitatibus superantibus mediocritatẽ, color bonus,

& quæ circa oculos calidiora, uenæ ma-
gnæ & plura excrementa, & mediocri-
ter cocta, & capili recti, subflaui, & non
facile calui fiunt. Implentur uero atque
aggrauantur eorum capita a calidis. At
si humectentur, protinus multo magis
excrementorum habent multitudinem
Et si plurimũ caliditas atq; humiditas
creuerit, his caput est ægritudinibus ob-
noxium, atq; excrementis abundans: &
quod facile a calefacientibus: atque hu-
mectãtibus offendat. Auster uero sem-
per eis aduersatur: atq; optime in aqui-
lone se habent: non tamen diu uigilare
possunt: & cum se ad somnum conuer-
terint: simul graui somno tentãtur, & ui
gilant: & somnia habent imaginationi-
bus plena. uisus eis turbulẽti: neq; satis
sensibus uigent. Quod si plurimum in
caliditate cerebrum a mediocritate reces-
serit: paululum autem humidius exti-
terit: calidæ temperaturæ indicia pre se
feret. cum quibus leuia quædam humi-
ditatis signa cõiungentur: ueluti si lon-
gæ quidem humidius: paululum uero
calidius: uehementia quidem erunt, ac-

manifesta humiditatis indicia, debilia autem caliditatis. Communis uero hæc ratio in omnibus compositis intemperaturis existit.

¶Signa frigidi: & sicci cerebri. Cap. 20

FRigidæ uero: & siccæ cerebri intemperaturæ: frigidum & minime coloratum sui ratione caput reddunt. Semper enim memoria repetēda quæ a nobis ab initio est distinctio posita: ut preterea aduertamus quantum ex humorum temperatura alterētur quæ circa ipsum consistunt Protinus autē huiusce modi tēperaturæ uenis carentes habent oculos: & a causis frigidis facile læduntur Quare & inæquali sanitate fruunt: quoniam nōnunquam leuissima habent capita: & excremētorum moderatos effulsus. nōnunquam uero: & grauedinibus & distillationibus minima ex causa capiuntur:

¶De sensibus. Cap. 21.

SEnsus aūt eorum in iuuentute quidē omnes uigēt: atq; omni uitio carent sed progrediente ætate cito marcescunt Et ut summatim dicatur: omnes celer

eíınam circa caput senectutē ostendunt. Quare & cito cani fiunt. Capilli uero ipsis quidem genitis uix exeunt & male nutriuntur & ruffi sunt; in ꝓgressu autē ætatis superante magis frigiditate caliditatem quā siccitate humiditatem multum non caluescunt. Econtra uero si cōtigerit siccitatem quidem plurimū dominari humiditati frigiditatem uero caliditati parum calui fiunt hi.

¶ Signa cerebri frigidi & humidi. c. 22.

HVumidæ uero & frigidæ cerebri intemperaturæ faciūt homines grauisomno tentari & ad somnum facile cōuerti sensibus quoq; minime uigentes atq; excrementis redundantes; & qui caput frigiditati, ac repletiōi habēt obnoxium, ac distillationibus: & grauedinibus facile tentantur: neq; tamē hi calui fiunt. Hæc igitur indicia sunt cerebri tēperaturæ, a quibus si ꝓgrediaris ad unūquodq; sensorium dignotiones transferre licebit.

¶ De oculis. Cap. 23.

SEd sufficiet de oculis dūtaxat facere mentionem. Quicunq; tangentibus

quidem manifeste calidi existunt & fa=
cile a crebro motu cientur & uenas la=
tas habent hi calidi omnes sunt. Frigidi
uero his contrarij. Et humidi quidem
molles simul & multa humiditate ple=
ni. Sicci uero duri simul & aridi. A simi
libus autem suæ temperaturæ causis fa
cile offenduntur iuuantur autem a mo=
dico cõtrariorum usu. Sed hoc quidem
cõmune in omni cuiuscũq; partis tempe
raturæ dignotione oportet meminisse.

¶ De magnitudine oculo℞. Ca. 24.

MAgnitudo oculorum quidem ubi
concinnitas & operationum ui=
tus multitudinem bene temperatæ sub=
stantiæ ostendit ex qua sunt conforma
ti: quæ si desint multam quidem substã
tiam non tamen bene temperatam ostẽ=
dunt.

¶ De paruitate oculo℞. Cap. 25.

PAruitas uero oculorum adiuncta q
dẽ cõcinnitate ac uirtutum opatio=
ne paucã quidem sed bene temperatam
substantiam ostendit ex qua sunt cõfor
mati. Si uero sociam habuerint incõcin=
nitatem quandam atque operationum

uicium: tũc paucam simul ac uitiosam materiam ostendunt.

De colore oculorum. Cap. 26

QVæ uero ad colores attinent, ita distinguere oportet. Glauci quidem oculi, qui pura humiditate, ac non multa præfulgent, tales fiũt ob splendidi luminis abundantiam. Econtra uero nigri, & qui intermediam naturã seruãt, causas quoque intermedias habent.

De glaucedine & nigredine oculorum. Cap. 27

GLaucus igitur oculus fit, uel ꝓpter magnitudinem, uel propter splendorem humoris, qui a græcis crystalloides nominatur: uel propter situm prominentem, aut propter tenuis & aquei humoris: qui in pupilla existit, paucitatem, & puritatem: atque omnibus quidẽ in unũ conuenientibus. fit glaucissimus oculus. Quid si aliqua adsint, aliqua uero non, tunc maior, minor ue glaucedo cõtrahitur. Niger uero oculus fit, aut ob paruitatẽ crystalloides, aut propter profundum situm, uel quoniam splendidus, ac fulgidus exquisite nõ est uel

quoniam tenuis humor, uel superabũ dat, uel purus non existit, uel propter unã aliquã ex his, aut ꝓpter omnes fieri cõsueuit. In ipsis autem magis, & minus, ut antea diximus, reperit. Tenuis igitur humor quo magis ad aquæ naturam accedit, & superabundat, humidiorem oculum ostendit: quẽadmodũ si crassior: ac minor fiat: sicciorẽ. Crystalloides autẽ: siquidẽ durior existat, sicciorem efficit oculum: si uero mollior: humidiorẽ. sic & si plus modico tenuẽ humorẽ excesserit: sicciorem: si autem defecerit: contrarium.

¶ De cordis temperaturis. Cap. 28

DE cordis autẽ temperaturis deinceps dicendum est. Si prius hæc in memoriã reuocauerimus: ꝙ unãquãq; partem seipsa: uel calidiorẽ: uel frigidiorẽ: uel sicciorẽ: uel humidiorẽ dicimus factã: nõ alicui rei alteri cõparantes. Vtcũq; enim extiterit cor natura frigidius: multo sane calidiorẽ tẽperaturam possidebit caldissimo cerebro.

Signa cordis calidi. Cap. 29

CAlidioris igit̃ cordis: ut admodũ

qui ei -roprius est, atq; conueniens: in
dicia quædã sun inseparabilia, & pro
pria: magnitudo respirationis: & pul
sus uelocitas: & frequẽtia: & audacia,
& ad actiones natura prompta. qđ si
multũ in caliditate excesserit', tũc furi
bũda quædã iracundia: & temeritas ad
sunt. Est auetm hic thorax hispidus: &
presertim pectus: & quæcunq; ilijs par
tes proximiores. Magna uero ex parte
calidi cordis temperatura: uniuersum
corpus calidũ reddit: nisi hepar uehe
mentius obstiterit. Dicemus autẽ pau
lo' inferius totius corporis indicia. Est
quidẽ & latitudo thoracis caliditatis
indiciũ: nisi & hic quoq; cerebrũ pluri
mũ obstiterit: quoniã ei magna spina
lis medulla respõdet: tantæ uero erunt
uertebræ: quãta & spinalis medulla: q
re & spina uniuersa. Configitur uero
thorax ad eã spinæ partẽ q metaphre
nõ: id est: dorsum dicitur: tanquam ad
carinã nauis: quare necessario eius lon
gitudo æquabitur dorso latitudo uero
erit ꝓ uertebrarum ratione: quãdo ad
proportionem earũ crassitudinis fuerit

ↄſtitutus. cũ uero cordis caliditas ſupe
rãs ꝓflauerit, ac dilatauerit, ĩ primo ſui
ortu thoracẽ, erit eiuſdẽ caliditati pro
portiõe rñdẽs q̃re cũ caput paruũ, tho
rax autẽ latus extiterit, maximũ hoc ti
bi fuerit cordis caliditatis idiciũ cũ ṽo
magno exiſtẽte capite, paruus fuerit, ꝓ
prijſſimũ hoc erit cordis frigidioris ſi
gnũ. Si ṽo capiti fuerit ꝓportiõe rñdẽs
tũc alijs ſignis d̃ corde diſtĩgues, ex ip
ſius thoracis ãplitudĩe nihil, aſſumẽs.

Hic locus in omnibus fere exempla
ribus græcis atque latinis deprauatus
eſt. Ita enim Græce ſcribendum fuit:
εἰ δὲ μέ,ον ἡ κατα τόποι τῆς ψύξεως ὀλιγ
ρότερα μόνον ἀλλὰ καὶ βεαδύτερα καὶ ἀρεό
τεραέλοι οἱ τοιοι οὗτοι τὴν φύσιν καὶ ἀτόλ
μοι καὶ ἀμέλται. i ſi auem maior qua fri
giditatis q̃titas nõ ſolũ minor: ſed etiã
tardior: ſupple tu eris reſpiretio. timi-
di natura tales ſunt & ſine audacia: &
tardi. & huic traductioni adſtipulatur
traductio arabica quã exponit Haly.

¶ Signa cordis frigidi. Cap. 30.

IN frigipiore ṽo corde pulſus mino
res exiſtunt, q̃ mõ naturæ cõueniat

non tamen necessario tardiores, uel rariores Respiratio autem, siquidem tanto thorax minor extiterit, quãto cor frigidius, pulsibus erit proportionalis. Si uero maior fuerit, q̃ pro frigiditatis uehementia: nõ minorem tantum, sed etiã tardiorem, & rariorẽ naturam ostẽdit. Tales autẽ timidi sunt, & sine audacia, & segnes, & nudum pilis habẽt pectus. De eius uero paruitate distinguendum ut diximus prius. Eo dẽ modo & de totius corporis caliditate.

Signa cordis sicci. Cap. 31.

COr autem siccius pulsus efficit duriores, & iram non promptam quidem, sed feram, & quæ non facile sed ari queat: magnaq́ꝫ ex parte uniuersum corpus siccius existit, nisi hepar obstiterit.

Signa cordis humidi. Cap. 32

COrdis uero humidioris signa, pulsus molles, & mores ad iram quidẽ procliues, sed talẽ: quæ facile sedari possit: & uniuersum corpus humidius existit, nisi hepar obstiterit. Secũdum uero coniugationem qualitatum primarum uiciosæ cordis tẽperaturæ ita se habẽt.

Signa

Signa cordis calidi, & ſicci. Cap. 33.

CAlidi, & ſicci cordis, pulſus duri ſũt & magni, & ueloces, & frequẽtes & reſpirationes magnæ, & ueloces, & frequẽtes & multo magis ad uelocitatẽ, ac frequentiã uergunt, thorace cordi non aucto ꝓportionaliter. Hi uero præ cunctis pectus habẽt maxime hirſutũ, & ilia. Ad actiões aũt prõpti ſunt, & iracũdi, & ſubtili, & mores tyrãnicos hñt ad furorẽ faciles, nõ facile uero placabiles. De totius autẽ corporis tẽperatura, & thoracis amplitudine, his que ante diximus proportionaliter ẽ diſtinguẽdũ.

¶ Signa cordis calidi, & humidi. Ca. 34

SI uero caliditas una cum humiditate dominabitur, minus quidẽ hís quos antea diximus, hi ſũt hirſuti ad actiões uero nihilominus prompti, nõ tñ ferior eſt animus, ſed ad irã procliuis tãtũmõ pulſus uero magni, ac molles, & ueloces & frequentes exiſtũt. Et reſpiratio, cum thorax cordi fuerit ꝓportionalis, eandẽ pulſibus formã ſeruabit. Si uero minor extiterit, tãto illis uelocior erit, & freqntior, quãto & thorax minor extiterit. Si

autem mnlta facta fuerit euersio in temperatura, ac si hoc præsertim in humiditate contingerit, præter ea quæ diximus contigent etiã ex putredine morbi his q̃ in ipsis fuerint humoribus corruptis ac putrefactis. Expirationes aũt maiores sũt, ac ueIociores inspirationibus, & submissio arteriæ in pulsibus uelox.

¶ Signa cordis humidi & frigidi. C. 35

HVmidioris uero, & frigidoris cordis pulsus qdẽ molles. moribus autẽ nequaq̃ audaces, sed timidi, & segnes existunt. Tales ẽt glabrum pectus hñt, minimeq; iram retinent, sicuti & ad irã non admodũ sunt prompti. Quæ uero ad thoracẽ, & uniuersum attĩnẽt corpus distigur̃ oportet, sicuti ea q̃ añ diximus

¶ Signa cordis frigidi, & sicci. Ca. 36.

FRigidius uero cor, & siccius, pulsus qdem duriores reddit: & puos: respirationem autem si quidẽ thorax puitatẽ cordis frigiditati pportionalẽ habuerit moderatã si uero maior ext terit rarã ac tardã. Hi uero præ omnibus minime ad irascendũ prõpti. Cũ aũt coacti fuerint irasci quibusdã retinẽt iram. Habẽt aũt

maxime omniũ nudum pilis pectus. De paruitate autẽ thoracis, ac præterea totius corporis frigiditate similiter distinguendum. Vnum illud commune in hisce omnibus memoria repetentibus, ꝙ quæcũq; de moribus, siue nũc, siue quouis alio sermone explicata sunt ad temperaturæ cognitionem, non de optimis moribus, ac uiciosis, q̃ ex philosophia hominibus adueniunt, sed de insitis, ac naturalibus nos exposuisse.

¶ Signa calidi hepatis. Cap. 37.

HEpatis calidioris indicia, uenarum latitudo, ruffa bilis abundãtior, in ɔsistẽti uero ætate ẽt atra: calidior ipis sãguis, atq; eadẽ rõne corpus uniũsũ. nisi obstiterit cor. His uẽter, & ilia hirsuta.

¶ Signa hepatis frigidi. Cap. 38

FRigidoris uero, angustia uenarum, pituita abũdãtior, sanguis frigidior & totius corporis habitus, nisi a corde calefiat, uenter illis glaber est, atq; ilia.

¶ Signa hepatis sicci. Cap. 39.

SIccioris aũt, sanguis quidem crassior & minus abundans, uenæ duriores, & totius corporis habitus siccior.

¶ Signa humidi hepatis. Cap. 40.

HVmidioris aũt, sanguis quidẽ abũdantior, atq; humidior, uenæ autẽ molliores, ita ꝑo & uniuersum corpus nisi partes ad cor attinentis obstiterint

¶ Signa calidi & sicci hepatis. Ca. 41.

CAlidioris ꝑo simul, ac siccioris hepat s indicia, illa, ilia plurimũ hispida, sanguis crassior simul, ac siccior, ruffa bilis plurima est, ꝯsistẽte aũt ætate & atra, uenaꝝ aũt latitudo, & durities. Sic uero & uniuersum corpus se habet. Nã q̃ ex corde caliditas originẽ habet, põt obtũdere eã quæ ab hepate nascitur frigiditatẽ sicuti & frigiditas caliditatẽ. Siccitatẽ uero non potest humidius cor ad contrariũ habitũ transferre. Media uero inter has quæ dictæ sunt, est ea quæ ab hepate humiditas oritur. Magis enim a cordis siccitate superatur, q̃ siccitas ab humiditate: minus autem caliditate, adhuc uero multo minus frigiditate. Hæc enim inter oẽs qualitates quæ ab hepate eueniũt, facillime uincitur. Liquet aũt ꝙ cũ in unũ cõuenerint utriusq; principij tẽperaturæ, totũ exquisite scd̃m illas

afficitur corpus paulo uero inferius ip
sius dicentur indicia.

¶ Signa hepatis calidi & hũidi. Ca. 42.

HVmidius aũt ac simul calidius hepar minus qdẽ quã calidius & siccius hypochõdaria reddit hispida. Plurimum uero sanguinis & uenas amplas habitũq; calidiorẽ atq; humidiorẽ facit nisi obstiterit cor. Si uero amplius i ambabus qualitatibus a naturæ modo recedat a morbis q ex putredine ac uiciosis humoribus fiũt facillime capit. Adhuc aũt magis si plurimũ augeatur humiditas caliditas uero nõ ita. Si aũt cõtra parum quidẽ humiditas crescat plurimũ uero caliditas minime uiciosis humoribus laborant.

¶ Signa Hepatis humidi & frigidi. Cap. 43.

HVmidius aũt & frigidius hepar habet hypocõdria glabra sanguinem uero ad pituitæ naturã accedẽtẽ generat cũ uenarũ angustia; sic & reliquuũ afficit corpus nisi a corde ad contrariã naturam transferatur.

¶ Signa Hepatis frigidi & sicci. Ca. 44

FRigidius autē, & siccius hepar cum pauco sanguine, & uenarū angustia efficit corpus, atq; frigidius, & hypochō dria glabra, nisi & hic cor dominetur.

¶ Signa calidæ, frigidæ, humidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. Cap. 45

TEmperatura uero testiculorum, calida quidem ad uenerem procliuis est, & masculorū generatrix, & fœcūda, celerimeq; genitales partes obsepit pilis simul autē & circum iacētes attingit partes. Frigidior uero cōtraria efficit. Et humida quidem multo & humido semine abundat. Sicca paucum, & modice crassum generat semen.

¶ Signa calidæ, & siccæ temperaturæ testiculorum. Cap. 46.

CAlidior uero, ac siccior, & crassissimum semē habet, & fœcundissima est: quæ celeriter ab initio protinus ad coitū excitat animal. Sed & his genitales partes citissime hispidæ fiūt, atq; oēs q̄ circunstāt supra quidē usque ad umbilicum, infra uero usque ad media fœmora. Petulca igitur est, & ad libidinem prona huiuscemodi tēperatura, statim

uero ſatiatur & ſi cogatur offenditur.

¶ Signa calidæ & humidæ tẽperaturæ testiculorum .Cap. 47.

SI autẽ caliditas humiditati cõiungatur hirſuti quidẽ tales minus plus uero ſemine abundant: nõ tñ plus cæteris appetũt ſed minori detrimẽto ꝑter modum ueneris indulgẽt. ꝙ ſi ſatis excreuerint & caliditas & humiditas non ſine detrimento a uenereis abſtinent.

¶ Signa frigidæ & humidæ tẽperaturæ teſticulorum. Cap. 48.

SI uero frigidiorẽ & humidiorẽ tẽperaturã teſticuli habuerint partes circũpoſitæ glabræ ſunt, & tarde rem uenereã exercere incipiũt, neq; ꝓni ad actum huiuſcemodi ſunt. Aquoſum uero, & tenue ipſis ẽ ſemẽ, & infœcũdũ & feminarũ generatiuum, uel oĩno nõ generãs.

¶ Signa frigidæ & ſiccæ temperaturæ teſticulorum. Cap. 49:

FRigidior uero & ſiccior tẽperatura ſimilis quidem in reliquis eſt ante dictæ. Graſſius uero in ipſa ſemẽ exiſtit atq; omnino paucum.

¶ De habitu totius corporis. Ca. 50.

Totius autē corporis habitus diximus: & superius quō & hepatis: & cordis naturā sequātur: ei aūt magis assimilant: qđ unā aliquā ex primis qualitatibus potētiorē habuit: quas & effectiuas appellāt. Totius uero corpis habitus in illis maxime dicitur partibus q̄ primæ oculis subijciuntur sunt uero hæ musculi, qui omnia ambiūt ossa: carnes quædā compositæ ex prima & simplici carne: & præterea fibris quibus innāscūtur: propria.n.masculorū substātia his duobus cōstat. quæ uero ad ipsos: uasa pertingunt ueluti riui quidā sunt: q nō substantiā cōplent: sed eis subministrāt ut in uita permaneant. Dicent igitur: & horū tēperaturæ indicia: in bene tēperata habitatione. Nam que male tēperatæ sunt cutē permutāt ex seipsis formātes: & quedā ex indicijs corrūpunt: ita & in bene tēperata regione: siqs se tempore æstatis nudū soli exposuerit: permutabit indicia quæ ex colore: & duritie: & mollitie summunt. si uero queādmodū bonā temperiē obtinet locus: ita & ipse bene tēpato uictu usus fuerit: ut q neq

se plurimũ singulis diebus in sole torre
faciat: neq; sicuti plæriq; more puellæ
cõtinue in umbra degat: hic certa atq;
exqsita tẽperaturæ indicia præ se feret.
tanquã igit de hoc futuro sermone nũc
ad ipsum accedemus.

¶ Signa moderatæ tẽperaturæ. Ca. 51

MOderatæ tẽperaturæ indicia scd̃m totũ animalis habitũ, color qdem ex rubro: & albo cõmixtus: capilli uero flaui, & ut plurimũ mediocriter crispi. Carnositatis aũt mediocritas in qualitate: & quãtitate. Medium est enim exqsite huiusmodi corpus inter oẽs excessus: ut qui ad ipsum dicantur: & cognoscãtur. nam & crassum corpus ad hoc cõparatum dicitur crassum: & tenue ad hoc eodem modo & carnosum: & macilentum & pingue: & durũ: & molle: & hispidũ: & glabrũ. nullius igitur horũ mediocritas est. Sed qualis Polycleti regula ad summum totius peruenit mediocritatis adeo ut neq; tangentibus molle uideat neq; durũ: neq; calidũ: neq; frigidũ ispicientibus uero; neq; hirsutũ neq; glabrũ neq; crassum; neque tenue: aut aliquem

alium habens excessum uel defectum.

De corpore calidiore. Ca. 52.

QVecũq; autẽ in caliditate a medio recedunt non tñ in humiditate & siccitate hæc quantum ad carnosum genus attinẽt de hoc.n. presens est sermo uident quidẽ tangentibus calidiora tñ quãtum & eorũ tẽperatura calidior. Tanto ꝑo magis hirsuta sunt quãto & calidiora & minus pinguedinis hñt colorẽ autẽ rubrum & capillos nigros habẽt

Signa frigidæ tẽperaturæ. Cap. 53

FRigidioris autẽ tẽperaturæ indicia sunt pilorũ carentia pinguedo & frigiditas que tangentibus obuiat. Color autẽ una cũ capillis ruffus & ubi frigiditas excesserit liuidus quodãmodo existit quẽ nonnulli medici colorem plumbeum appellant.

Signa siccæ temperaturæ. Ca. 54.

SIccior aũt tẽperatura tanto gracilior est & durior bona tẽperatura quãto maior est siccitas. In reliquis autem eosdem modo se habet.

Signa humidæ temperaturæ. Cap. 55.

ET humidior etiã in reliquis quidem eodem modo se habet melius autem carnosa, & mollior & qdẽ scdm coniugationem qualitatũ primarũ, factæ intemperature cõpositã habẽt idicioꝝ formã.

❡ Signa calidæ & siccæ tpaturæ. C. 56.

CAlidior simul, ac siccior est hirsuta magis, ac calida, & dura existit, & pinguedine caret tenuisꝗ est, & capillos nigros habet. Si uero multum in caliditate excedat, color quoꝗ niger illi adest.

❡ Signa calidæ & hũidæ tẽpaturæ. C. 57

CAlidior autẽ, & humidior temperatura mollior, & calidior, & carnosior tãto est bona tẽperatura, quantum & utrisꝗ q̃litatibus aucta fuerit. q̄ si plurimũ augeat, cito sil'r putredinis corripitur morbis: qm̃ & humoꝝ uicio, prõpte laborat. Si ṽo parum qdẽ humidior sit, multo ṽo calidior, molliores quidẽ paꝝ huiusmodi sunt his, q bonã habẽt tẽperaturam, & magis carnosi, non parum uero hirsutiores: & tangentibus non parum calidiores. nigri uero eis capilli, & caro pinguedine caret. Si uero paulo quidem calidior multo uero: humidior:

mollis his caro est, & multa: & color cō mixtus est ex albo, & rubro & tangentibus paulo calidiores. Et ut summatim dicatur in omnibus tēperaturæ cōiugationibus semper super excedentis qualitatis indicia eminebunt.

¶ Signa frigidæ & humidæ temperaturæ. Cap. 58.

FRigidior aūt atq; humidior tēperatura, si parū quidē utraq; augeatur pilis nuda est, & alba, & mollis & crassa & pinguis. Si uero magis excesserit reliqua quidē sunt scd̄m ꝓportionem augmenti qualitatū color aūt una cū capillis ruffus quēadmodū si plurimū utraq; augeatur liuidus. Si uero qualitatū augmentum fuerit inæquale eius quæ super excesserit indicia eminebūt.

¶ Signa frigidæ & siccæ tpaturæ. C. 59

SI aūt frigiditas una cū siccitate æqualiter augeat̃ natura durum ac tenuæ & glabrū corpus hn̄t & tangentibus frigidū: piguedo tn̄ ipsis & si graciles sint per carnes dispersa. Capilli aūt & color frigiditatis modū ac proportionem sequunt̃. Vbi uero calida & sicca tempera

tura in tēpore decementi, in frigidū; & ſiccū labitur habitū, tūc hi graciles ſiūt & duri, atq; atra bilis in eis dominať: & ob id nigri ſimul, & hirſuti euadūt ubi igiť altera qualitas plurimū dominať, altera uero parū a mediocritate recedit ſuperabūt eius quæ dominať exilia aūt erūt alterius qualitatis indicia. In oibus uero de q̄bus ſupra diximus, & poſtea dicemus, cōmune ē tēperaturæ indiciū ſi mēbrū facile frigeſit, uel frigiditatis, uel raritatis. Si uero nō facile, uel caliditatis, uel denſitatis. Si uero a deſiccantibus offendať, & aridū: & ſiccū, & nō facile mobile fiat, ſiccitatis queadmodum & ſi ab humectātibus grauiter ſe hēat humiditatis. Inſpicere aūt oportet ſi eandem omnes muſculi ſeruāt tēperaturā, uel minime eandē, atq; in omnibus animaduertere ſubiectorū oſſiū quātitatē. Nonūquā enim gracile uidetur mēbrū, cū tamen non ſit gracile, quo ad muſculos attinet, ſed propter oſſiū tenuitatem tale uidetur, ſic & craſſius quibuſdā plerūq; apparet, nō ob oſſiū amplitudinē ſed ob multitudinē carnis, q̄ uel aucta,

uel cõminuta, uel durior, aut molior effecta. siccius, aut humidius mẽbrũ ostẽdit. Pauca igitur, ac dura, siccius: multa autẽ, & mollis, humidius. Sic & iterme dia spacia simi ariũ corporũ, uel plus, uel minus humidæ substantiæ in seipsis continent, uel crassius, uel tenuius; uel humidius, uel siccius membrũ ostẽdũt. Humidius quidẽ ubi subtilior, & plurima est humiditas, siccius uero ubi crassior, simul, & minor. Ipse enim solidæ corporis partes que uere solidæ sunt, ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores: at satis est, si qs eas celerius exiccari prohibeat. Intercepta autẽ in ipsis spacia, hac uel illa humiditate cõplere possibile. Hæc uero est propriũ partium similariũ alimẽtum, qđ ex appositione fit, & non per uasa attrahitur. Cõmunis aũt hæc ratio & omnium partium existit. Et iterũ salubrium, atq; insalubriũ causarũ doctrina repetetur: nunc autem ea quæ ordine sequuntur attingamus.

Signa sicci uẽtriculi. Cap. 60.

VEntriculi indicia, eius quidem qui natura siccior existit, si celeriter siti

bundi fiant & paucus eis sufficiat potus a plurimo autem aggrauentur fluctuationibus infestentur aut superfluitet id quod abundat ipsis & cibis delectantur siccioribus.

¶ Signa humidi uẽtriculi. Ca. 61.

HVmidioris aũt si neq; sitibundi fiãt & superabundãs humidũ facile tolerent & cibis gaudeant humidioribus.

¶ Signa calidi uẽtriculi. Ca. 62.

CAlidior uero natura uentriculus: melius quidem concoquit q̃ appetat: & multomagis q̃cunque dura sunt: & non facile alterationem suscipiunt. nã quæ facile alterantur in ipso corrumpũtur, gaudetq; calidis potibus, ac cibis: neq; a frigidis ullam percipit noxam. si modice ipsis utatur.

¶ Signa frigidi uẽtriculi. Ca. 63.

FRigidus uero natura uentriculus. ad appetendum quidem plurimum uiget, ad concoquendũ autẽ minime, tales præsertim cibos q frigidi sunt, & nõ facile alterationẽ suscipiũt, Cito itaq; in ipso acescũt, atq; iõ acidis eructatõib⁹ talis uẽtricul⁹ plurimũ abũdat, & gaudet

quidẽ frigidis, ſed facile ab eorũ uſu immodico offenditur, ita & ea quæ extrinſecus frigida occurſant, nequit longiori tẽpore tolerare, queadmodũ neq; calidus calida. Male uero tẽperaturæ quæ morbi ratione uentriculũ occupãt, hoc differunt ab his quæ naturales exiſtunt, quĩ contraria non autem ſimilia appetunt, quemadmodum naturales.

¶ De malis temperaturis in uentriculo coniugatis. Cap. 64.

MAlæ autẽ tẽperaturæ in uẽtriculo coniugatæ, ex cõpoſitione ſimplicium cognoſcunt. Oportet aũt eas quæ iam ſunt dictæ diligẽter aduertere, eaſdem ab his quæ dicentur, diſtinguẽtes. Non ſolũ enim uẽtriculus ſitibũdos, & minime ſitiẽtes facit, & frigidi, calidiue potus appetẽtes, ſed ea quoq; uiſcera q̃ in thorace ſunt, ut cor, & pulmo, ſed q ob horũ ſitiunt caliditatẽ plus inſpirãt & lõgius expirant, atq; æſtũ in thorace ſentiũt, nõ ſicuti qui uentriculi rõne in hypochõdrijs caliditatẽ patiuntur, & cũ potauerint nõ ſtatim ſedatur ſitis, & magis cũ frigidũ hauſerint, q̃ cum calidum

nimis. Refrigerat autē eosdem, & frigidi aeris inspiratio, quæ nihil eos iuuat qui uentriculi ratione sunt sitibundi, ita & hi qui cõtrario modo se habēt a frigida inspiratione sensibilē sentiūt affectū.

¶ Signa pulmonis frigidi. Ca. 65.

ET hoc maximum sit frigidi pulmonis indicium. ut uero frigidum inspirantes manifeste dolorem sentiūt & frigiditatem, ita & caliditas est ipsis amica: sed & pituitæ excrementa cum screatu, & tussi expuunt.

¶ Signa pulmonis sicci. Cap. 66.

PVlmonis autem siccitates excrementis uacant, & pituita & uocem clarã efficiunt quemadmodum humiditates obscurã reddunt, ac raucam: & cum uehemētius, aut acutius loqui studuerint. tunc intercidunt excrementa.

¶ De uoce. Cap. 67.

NOn tamē ipsa uocis magnitudo a caliditate, sicuti neq3 paruitas a frigiditate fit, sed altero quidem asperæ arteriæ latitudinem sequitur, & uehementiorem efflatū, paruitas uero a cõtrarijs aduenit causis. Quare neq3 semp, neq3

primum, ſed ex accidenti, & ſolas natu-rales tēperaturas non autē aduentitias uocis magnitudo, aut paruitas ſequit. Quoniam etenim talia inſtrumenta tē-peraturæ ratione ſunt facta, ad hæc con-ſequitur hmōi uox. Idcirco cōtingit ex uoce de naturali tēperatura ratiocinari.

¶ De leni, & aſpera uoce. Cap. 68.

NAm & lenis uox, arterie lenitatem conſequitur, ſicuti & aſpera aſpe-ritatē. Lenitas igitur, arterię moderatam ſequitur tēperaturā, aſperitas uero ſicci-tatem. Aſperitas etenim fit ab inequa-litate duri corporis: Arteriā uero duram ſimilarium partium ex quibus conſtat, ſiccitas inequalem uero diſperſe in eiſ-dem humiditatis defectus.

¶ De uoce acuta. Cap. 69.

EOdem mō, neque acuta natura uox ſine āguſtia faucium, neque grauis ſine atitudine fieri pōt. Anguſtia igitur ab inſita, atque innata naſcit frigiditate, latitudo aūt a caliditate. Differētijs igit naturalium uocū hec que ex affectu ali-quo fiunt, ſūt ꝓportionales, que & ipſe indicia ſunt cauſarū a quibus oriuntur

de quibus in libris de uoce sufficienter distinxi. Relique uero partes aĩalis interiores exilia habent tẽperaturæ indicia. Tentandũ tñ ea ex iuuantibus, atq; nocentibus agnoscere: ac præterea, naturalium potentiarũ operationes. Dictum uero est in tertio de causis accidentium, ꝙ cuiusq; potentiæ uirtus, & uiciũ temperatura principalis existat. Temperaturarũ itaq; indicia iam explanauimus.

¶ Signa naturæ instrumentariæ. Ca. 70

Circa magnitudinẽ uero uel formationẽ, uel numerũ, uel situm, quæcunq; quidẽ sensibus subijciunt errata, cognitu facillima sunt: quæ autẽ sensu percipi nequeũt, quædam cognitionem habent difficilem, quadã uero facilem. Capitis igitur magnitudo, ac figura, & cerebri simul, in propatulo sunt, & de his antea diximus: sic & quæ thoracis sunt, & quecunque ad scapulas, & humeros, uel brachia, uel cubitos, uel extremas manus, uel coxendices, uel foemora, uel tibias, uel pedes attinebt non est difficile agnoscere, siue secũdum formationem, siue secundum magnitudi-

nem, ex his aliquid non recte se habeat siue secundum numerũ, uel partium: ex quibus constant cõposituram, singularum etiam operationis detrimenta facile patent. Quæ autem intra corpus sunt non omnia possunt agnosci.

¶ De uentriculo. Cap. 71.

CVIusdam enim uentriculum adeo paruũ, ac rotũdum, ac pronũ secundum hypochõdria situm habentẽ inspexi, ut manifeste ex circũscriptione propria, & uidentibus, & tangentibus appareret.

¶ De uesica. Cap. 72.

SIc & cuiusdam uesicam contigit intueri, ita expositam: ac paruam: ut si quando urinam tardius excerneret, tumor quidẽ circũscriptus manifeste cerneretur. Non tamẽ aliud ex interioribus quid quam mihi unquam manifestum præbuit indicium. Tentare autem oportet quã maxime fieri põt uirtutẽ ipsorũ ac uicium: & si non certissima scientia, artificiosa saltem coniectura cõprehendere, ueluti, exempli gratia, in hepate.

¶ De hepate. Cap. 73.

VIdi enim aliquos, & quidẽ ꝙ plures

quibus uenæ erant angustæ, & totũ cor
pus colore priuatũ, ꝙ si plusculũ cibi
assumpsissent qui p̄sertim flatibus exci:
tandis aptus esset, & crassus, ac tenax: nõ
nulli quidem ueluti pondus quoddam
insidens atq̃ suspensum in ꝓfundo de
xtre hypochondrioꝝ partis sentiebant.
Nõnulli uero quãdam cum dolore sen
tientes. In his quidẽ uerisimile est hepar
esse paruũ, atq̃ angustos meatus h'ere.

De hoĩe pituitoso uomẽte bilẽ. Ca. 74.

ALterũ uidi cuius totus habitus pi
tuitatem pre se ferebat, quotidie tñ
bilem palidã euomebat. Censui igitur
inspiciendo alui excrementa, in quibus
minimum bilis apparebat. Quare conie
ctura quadam cõprehẽdi eum meatum
qui biliosum egurgitat humorem non
minimã eiusdem partẽ ad imum uẽtri
culi locum, quem greci pyloron. i. ostia
rium uocant, effundere ut in q̃busdã ap
paret aĩalibus. Ex quibus id constat, ꝙ
plurimum ad eoꝝ que latent sensum, cõ
fert cognitionẽ, ea que ex sectionis in
spectione habet peritia, & operationum
atq̃ utilitatũ inuẽtio. Quicunq̃ igitur,

Facultatē dignoſcendi huiuſcemodi corpora quæ ita lapſa ſunt conſequi cupit: oportet ipſum in ſectionibus, ac in operationum, atq; utilitatū inuentionibus exercitari. Scripſimus uero de omnibus ſeorſum in tractatibus alijs, de quibus in fine libri oīno ꝓpoſuimus facere mētionē: ut diſcēdi cupidi intelligant quæcunq; diſcere optauerint, ex quonā poſſint haurire tractatu, ſed tñ đ hiſce ſatis

¶ Quomodo cognoſcantur corpora ægrotantia. Cap. 75.

QVæcūq; uero ut nunc inſalubria ſunt, hoc eſt quæ iam ægritudinē patiuntur, dignoſcere & hæc ipſa oportet. Quæ quidē ſubiiciuntur ſenſui, ex eoꝝ quæ ipſis inſunt, ſcđm naturā ꝑmutatione, in magnitudine, colore figura: & numero & ſitu, & ea quæ eſt ſcđm duritiem & mollitiē & frigiditatē & caliditatem differentia. Quæ aūt uiſum effugiunt ut ſummatim dicā ex operationū læſionibus aut his quæ excernūtur aut doloribus aut tumoribus ꝑter naturam aut horum quibuſdam uel omnibus.

¶ Signa cerebri patientis. Cap. 76.

PArticulatim autem quæ quidē sunt in cerebro ægræ dispositiones, aut dementiæ speciebus, aut sensibiliū imaginationū læsionibus, aut actuum qui secundū electionem fiunt, aut ex his quæ excernuntur, per palatum, uel nares, uel aures, aut horū, qui ei dolores eueniunt differentijs.

Signa cordis patientis. Cap. 77.

QVæ uero in corde fiunt, ex difficilis anhelitus speciebus, & tremulis motibus qui ipsi ꝯtingunt, ex pulsibus quoqꝫ eius, atqꝫ arteriarū, & ab excandescendi celeritate, aut tarditate, a febribus, & refrigerationibus & in colore differentijs, ac eis qui ipsi adueniunt doloribus.

Signa hepatis patientis. Cap. 78.

QVæ autē in hepate, ex defectu humorꝝ, atqꝫ abundātia, & ad id qđ præter naturā euersione, & colore malo, ac præterea ex permutatione naturæ in his quæ ad alimenti diductionē, aut superfluitatum attinent excretionem, sed ex grauitatibus, & tumoribus & doloribus, nō modo his qui in eo ortū

habent, uerum & illis qui cōpatiendi ratione pueniunt, queādmodum in alijs, uel spiritus grauis, uel tussis specie.

¶ Signa uentriculi patientis. Cap. 79.

SIc & uentriculi affectus agnoscitur ubi in cōcoctione, & appetitu humidi, uel sicci alimēti, uel supfluitatū excretione delinquit. Ita etiā, ex singultibus, eructuationibus, nauseis, uomitibus: & ipsis eorum quæ euomūtur speciebus.

¶ Signa thoracis patientis. Cap. 80.

ITa & thoracis agnoscuntur affectus ex spirandi difficultatibus, tussibus, & doloribus qui in ipso fiunt, & ex eorum quæ cum tussi expuuntur differētia Sic & aspere arterie egritudines difficiles anhelitus & tusses & dolor in loco & q̄ expuuntur: & uocis offensionis ostendunt. Secundum uero eandem proportionē: & in alijs oībus accidit partibus: nam ex tumore dolore & operationum læsione: & excrementorum differētia sumentur indicia. Excrescentie autem nō naturales: in inflāmationibus: duris& ac laxis tumoribus & erysipelatis sunt explorande. Dolor autem quēcunq obse

derit locum aut cõtinuitatis solutionem aut subitam alterationem ostendit. Solуitur autẽ continuitas incisione exesione: fractione: & tentione. Alteratur uero substantia a caliditate frigiditate humiditate siccitate. Leditur autem operatio tripliciter: aut quia uix: aut quia uicio se aut quia nullo modo fit.

De differentia eoꝝ q̃ excernunt̃. Ca. 81.

QVæcunq; autẽ excernuntur: nonnulla quidẽ sunt ueluti partes patientium locoꝝ, nonnulla uero tanquã excrementa. Que uero in ipsis naturaliter continentur: singula propriam facient indicationẽ. Dictum est autem plenius de hisce oĩbus in tractatu de membris passis: quem nullus ante nos: aut in artẽ redegit aut ad absolutam perfectionem deduxit: queãdmodum & in oĩbus alijs euenit quiuus initium quidẽ aliqđ ab antiquis est datũ: nõ tamẽ absolutũ est opus. Aegrotantium itaq; corpoꝛũ ex tractatu illo indicia sunt sumẽda eorũ autẽ qui in ægritudiuẽ lapsuri sunt: & qui saniati restituendi, præsens doctrina complectitur.

¶ Signa futuræ ægritudinis. Cap. 82.

EOrum igitur indicia quibus ægritudinis periculũ imminet, mediam formam habent inter ea quæ ſanis: & quæ ægrotantibus eueniunt. ſi quidem ſanis omnia ſecũdum naturam inſunt, præter naturam uero ægrotantibus, quatenus ægrotant. In cōfinio autem horum ea quæ ſunt corporum neutrorum indicia, quorum nonnulla quidem ſunt ex eorum genere quæ ſecũdum naturam, ſed uel qualitatibus, uel quantitatibus, uel temporibus permutata. quædam autem ex his quæ præter naturam, ac minora his quæ ægritudinibus adſunt. Atq; idcirco hæ quidem corporum diſpoſitiones, quæ in ægritudinem caſura monſtraui, ſunt ex neutrorum genere, atque una ea quæ ipſa indicant ſigna. Primo enim hæc ſanitatem oſtendunt: ſecundo autem ægritudinem: & fiunt eadem ſigna ſecundum ad aliquid habitudinem, neutra, & in ſalubria. quæ quidem præſentem diſpoſitionem oſtendunt: neutra: quæ uero futuram præmonſtrant, inſalubria. Eadem uero ra

tione, & quæcunq; ægrotantibus signa salutaria apparent dicentur quidem salubria quia futuram sanitatem ostendunt dicentur etiã ægra quatenus præsentem ostendunt ægritudinem. Neque in ambiguo est q̃ que sunt utrorũque indicatiua neutra dicentur secundum unum quoddam neutri uocabuli significatum. Neque uero mirari oportet eadem signa tres in diuersis habitudinibus seruare rationes quæ & salubria & ægra & neutra dicantur. Secũdum uero alterum significatum quæcũq; his qui a morbo referunt insunt signa neutra appellamus. neq; in alio significato accipiunt ea quæ senibus insunt hec quidẽ omnia pluribus & cõceptibus & rationibus subijciuntur Quæcunq; uero in his qui integra sanitate fruũtur inter salubria tantũmodo cõputantur. Et quæcunq; ægritudinibus ĩsunt neq; futurã prænunciant sanitatẽ soli & hæc ægrorum conceptui subijciuntur. Sed de his quidem postea dicetur nuuc que futuram præmonstrant ægritudinem prius exequamur. Cum uero sit eoꝝ differen

tia duplex prius ea pertractemus quæ quãtitatibus uel qualitatibus uel tempo ribus non autem proprijs speciebus ab eo ꝙ scđm naturã euariant ueluti cibo= rum appetentia intenta uel dissoluta aut quæ non seruet tempus consuetum, aut quæ ad edulia non usitata ferat́, aut ad excretiones cibi superfluitatum quæ aut pauciores, aut plures aut humidiores, aut duriores existant. Sic humidoꝝ ex= crementoꝝ, uel defectus, uel superabun dantia præter consuetudinẽ naturalem. aut in colore, aut in cõsisten tia uarietas aliqua, aut in tẽpore excretionis, & uigi liæ plures, ac somnus, aut non cõsueto tempore. Eodẽ modo potus pluris, aut paucioris, calidi, aut frigidi, insolens ap petitus sicuti & circa rerum uenerearũ usum immodica, aut intẽpestiua cõcupi scentia, & plures, aut pauciores sudores his qui sint opportuni, & ad motus tor por, aut si moueri tentauerint grauitas, aut uehemens exolutio, menstruorum occultatio, uel immodica, aut diminuta euacuatio. Sic & quæ per ora uenarum, græci hæmorrhoidas appellant, fit san

guinis effusio, sed nõ eadem quæ prius in cibo, potuq; uoluptas, sunt futuræ indicia ægritudinis: hebetudoq; animi nõ naturalis: aut obliuio quædam incõsueta: aut somni qui pluribus imaginationibus abundãt, q̃ prius auditus, & odoratus uisus ue hebetiores, aut turbulẽtiores. Et ut simpliciter dicã, quecũq; scd̃m naturam inerant, hæc quidẽ augmentata, hæc uero comminuta, hæc uero temporibus quibusdã, aut qualitatibus immutata. Siquidẽ & ipsius corporis moles, aut maior: aut minor: aut magis alba, aut magis rubra: quemadmodum liuidior: aut nigrior ructusq;: ac sternutamenta: & flatus plures: aut pauores his qui scd̃m naturã: sic & quæcũq; per nares: uel palatum: uel aures: p quos meatus cerebrũ expurgatur, uel tẽporibus: uel quãtitatibus, uel qualitatibus immutata. Hæc igitur omnia ex genere eorum sunt: quæ scd̃m naturã morsus quoq; uẽtris: uel in ore uentriculi: uel in aliquo intestinorum, aut cum aluus subducitur aut cum uomitus excitatur, aut cũ mingitur, siue aliquis alius dolor medio

eris ex genere quidem existit eorũ quæ
præter naturam: non tamen qui ita se
habent, ægrotare dicuntur, sicuti neque
qui capite grauantur, aut dolent, aut ui-
gilant, cum nõdum in consuetis impe-
diuntur operationibus. Hic enim in hu-
iuscemodi dispositionibus terminus est
Atq; idciro in eo quod ad aliquid, can-
dem dispositionem ægram atq; neutrã
appellabimus. Nam pro uigore poten-
tiæ quæ uel facile sustinet, uel uincitur,
una quæq; ex his, quas antea diximus,
uel morbus est, uel neutra dispositio sic
& quæcuuq; in sensibus. non in eo qđ
magis, aut minus inuicem differunt, sed
eo ꝙ toto genere sunt præter naturam.
Et hæc sunt signa morborũ, donec mo
dica fuerint, & nondum hominẽ a con-
suetis operibus sufficiunt amouere. ta-
lia uero sunt in gustu quidem, cum uel
salsæ, uel amaræ, aut alicuius alterius
qualitatis sapor nobis indicatur, siue in
omnibus quæ bibuntur, aut manducan
tur, aut præter quod aliquid assumatur,
saliua ipsa talis sentiatur. In odoratu
autem quãdo alicuius unius qualitatis

ſenſum habemus, nullo odore preſente aut quum plura & differentia naribus admonemus, omnia ueluti ſimilia ſentimus. Sepius uero nihil ſentimus, aut aliquid fœtens etiã ſi nihil adſit qđ fœteat. Quantum uero ad auditũ ſoni & ſtrepitus ad id qđ preter naturam pertinent. Queãdmodum in uiſu quecunqȝ ante oculos apparere credũtur nigra, & atra & cerulea & ruffa & flaua & nonnulla rotunda nõnulla autem oblonga quedam gracilia quedam craſſa oculis pretendi uidentur. In ſenſu autẽ tactus quum inequalitas aliqua uel ſpiſſitudo uel grauitas uel tentio uel torpida uel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur ſic & in ſingulis partibus uel tentio uel cõpreſſio uel morſus uel grauitas quando modice fuerint ac minime firme neutrã quidem diſpoſitionem adeſſe demonſtrant, futuram uero egritudinem prenunciant.

¶ Signa corpoꝝ egrotantiũ. Ca. 83.

AT que iam in egrotantibus ſigna uidentur ex quibus nonnulla ſalutem nõnulla mortem portẽdunt: pri

ma quidem ſalubria, altera uero genere quidem ægra, ſcd̃m ſpeciem autem perniciosa dicuntur. Sumuntur autem, ut uniuerſaliter dicamus, ex operationum uirtute, ac uicijs: ſcd̃m partem uero ex particularium operationibus, quarũ genera atnea diximus. Primum quidẽ eorum quæ principia existunt, ſecundum uero: illorum q̃ a principijs ortum habent, & tertium eorum q̃ ex ſeipſis gubernantur, a principijs autem quaſdam deriuationes habẽt. quartum ſiquidem genus eorum quæ tunc diximus, ex ſe quidem ad aliquid prænoſcẽdum inutile eſt: ſecundum accidens autem, & ex his aliquando p̃cognitiones erunt, quẽadmodũ: & ex excrementis: ex his quidem cõpatiendi ratione: ex excrementis autẽ ſemper quoniam coctionis, & incoctionis ſigna cõtinent Quare fieri, non poteſt quin omnino ſignificent: aut naturam materiei, aut materiam naturæ aut neutrum neutro dominari. Salubria quidem ſigna dicentur: natura ſuperante: inſalubria uero ſuperata, neutra, autem quæ pugnas habent æquales. Sed

quæ

quæ quidem manifestam indicant coctionem ex salubribus sunt: sicut quæ cruditatem, ægra: que uero neque coctionem, neque cruditatem ostendunt, ex neutrorum sunt natura. Sunt uero & neutra quecunque nunc quidem hoc, nũc uero contrarium significant, ueluti digiti denigrati. Talia sunt etiã critica, id est decretoria accidentia, de quibus omnibus in libris de crisibus dictum est: sicuti etiam de his quæ ad unamquãq; attinent operationẽ, in his libris in quibus de causis accidentiũ agitur. Quare omnem horum singulorum materiam ex eisdem libris colligere oportet. Ego uero prolixitati parcens, hic sermoni de signis finem faciam, transgrediar autẽ ad illum qui de causis.

De causis salubribus, insalubribus, ac neutris. Cap. 84.

Quoniam uero & harum hæ q̃dẽ salubres: hæ aũt insalubres, hæ uero neutræ, primum de causis salubribus erit sermo. Quia uero, & harũ nõnullæ quidem conseruatrices, nõnullæ uero effectrices sanitatis, sunt autem &

tempore, & dignitate priores conserua-
trices, incipiendũ est à conseruatricibus
Quum igitur non unum tantum sit sa
num corpus, sed plura, ut supra diffini-
uimus, in eorum singulis propria erit
causa conseruatrix. Siquidẽ omnis cau-
sa in eo quod ad aliquid existit. Hic igi-
tur denuo sumendum initium ab opti-
ma corporis constitutione, ac quæ ei sa
lubria sint considerandum. Eorum autẽ
inuentionem ipsius rei natura insinuat.
Si enim impatibile, atq; inalterabile eẽt
corpus, semper optima constitutio per-
duraret, neq; artis p̃sidio ĩdigeret Quo
niam uero alteratur, corrumpitur, & uer
titur, neq; eundem seruat prioris status
tenorem, ea ratione auxilium desiderat:

¶ Quot modis nostrum corpus altere
tur. Cap .85.

SEcundum quot igitur alteratur mo
dos, tot auxiliorum, hoc est causarũ
cõseruatricum genera habebit, quas ex
his quæ dicta sunt liquet esse ex corre
ctiuarum genere. Sed quia paulatim cor
rectiones faciunt, anteq̃ omnis ingruat

noxa: non præseruantes a futuro malo, sed præsentis ſtatus conſeruatrices medici appellāt. Alteratur igitur corpus a nonnullis quidem neceſſario, a quibuſdam uero non neceſſario. Dico autem neceſſario, quæ nulla eſt euitandi ratio: non neceſſario autem reliqua. nam aerem quidem nos ambientem ſemper attingere, comedereq́;, ac bibere, & uigilare, & dormire eſt neceſſariū. Enſibus autem & exitialibus feris obuiare, non neceſſarium. Quare circa primum cauſarum genus uerſatur ars corporis cōſeruatrix, circa ſecundum autem minime. Quot igitur numero ſint ea quæ ex neceſſitate corpus alternat diſtinguentes, proprium in ſingulis eorum, cauſarum ſalubrium genus inueniemus. Ineſt igitur unum quidem ex ambientis aeris adhæſu: alterum uero ex motu, & quiete, & totius corporis, & partium ſingularum; tertium ex ſomno, & uigilia: quartum ex his quæ aſſumuntur: quintum ex his quæ excernuntur, & retinentur; ſextum ex animæ affectibus ex his enim neceſſe eſt aliquo

modo affici corpus. Ab aere quidē am-
biēte, q̄a aut calefit, a ut frigefit, aut exic
catur, aut humectatur, uel secundū ho-
rum patitur coniugationem, aut in tota
alteratur substantia. Ex motu uero, &
quiete, cum utraq; modum excesserint,
aut calefactum, aut refrigeratum, aut hu
mectatum aut exiccatum, uel aliquid
secundum horum patiens coniugatio-
nem. Sic & ex sommo: & uigilia ipsum
pati est necessarium secundum eandem
rationem & ex animæ effectibus. Et ex
his quæ assumuntur aut excernuntur:
aut retinent, hæc siqdē oīa partim qui-
dem euidenter partim uero p alias cau-
sas medias alterant corpus & sanitatem
corrumpunt & de horum singulis seor
sum scripsimus in tractatu qui de salu-
bribus inscribitur. Omnia igitur nūc di
cta genera materiæ quedam sunt salu-
brium causarum. At usu opportuno ad
hibito causæ fiunt cōseruatrices: atq; sa
lubres: sed ubi a modo deliquerint insa
lubres redduntur. Vnde etiam liquet ex
his nullam harum rerum exteriorū aut
salubrem aut insalubrem a nobis existi

mari oportere, at easdem potius quam
doq; quidem salubres, quandoq; uero
insalubres, in eo quod ad aliquid esse.
Nam ubi motum corpus desiderat, exer
citatio quidem salubris, ocium autem
insalubræ quum uero eget quiete, ociũ
quidem salubre, exercitatio autem insa
lubris. Eodẽ mod o de cibis, & potibus
& de alijs omnibus statuendum. Horũ
enim singula quando, ut necessitas cor-
poris exigit, cum mensura, ac qualitate
opportuna adhibentur, salubria fiunt,
at cum citra omnem necessitatẽ, ac præ-
ter modum afferuntur, insalubria. Atq;
hæ duæ sunt circa salubre & insalubre
intentiones, rei scilicet quæ adhibetur
qualitas ac quantitas. Neq; enim est ra-
tioni consentaneum, etiam temporis oc
casionem, quæ in his quæ dicta sunt cõ
tinetur, ueluti tertium aliquod ab eisdẽ
diuersum, introducere. Si enim tali, & tã
ta re allata egeat corpus, nemini dubiũ
quinetiam in tempore opportuno affe-
ratur occasio. Siquidem temporis inde
ortum habet, quoniam fluxibile, ac fa-
cile mutabile est mortale corpus, ac pro

transfmutationis modo alijs alio tempo
re eget auxilijs. Quare non est tertium
aliquod preter ea que dicta sunt tem
pus. Sepius autem eo tanquam tertio
quodam ob eam quā diximus causam
ad docendum uti consueuimus. Quo
niam uero in his ipsis intentionibus &
alie cause salubres & id quod propo
situm est genus continetur: rursus:
easdem repetamus. Optime igitur cor
poris constitutioni cum circūfusus aer
fuerit in temperie positus earum rerum
de quibus nuper diximus quietis scili
cet ac motus somni uigilie & eorū que
assumuntur atque excernuntur quanti
tas moderata conueniet. Cum uero aer
a temperie recesserit tantum a mediocri
tate euariare oportet quantus fuerit ab
optima tēperania recessus. Hi uero sūt
mediocritatis termini in aere quidē am
biente ut neq3 horreat propter frigus:
neq3 sudet propter estum. In exercitiis
autem cum primum lassari cœperit cor
pus confestim quiescere. In cibis autem
coctionis perfectio & excrementorum
modus in quali quantoq3 conueniens

æqualis uero in his quodãmodo est cõ
ctioni appetitus: quare neque præside
egent qui singulorum quæ assumuntur
quantitatẽ metiatur. Optima siquidem
natura quãtum appetit tantũ etiam cõ
coquit. Sic & somni o modũ ipsa natura
præfinit, his qui optimã corporis consti
tutionẽ sunt sortiti: & tunc a somno ex
citantur: cũ corpus ampliori quiete non
eget. Cũq; talẽ uictus rationẽ adhibue
rint: nullũ est in eorum excrementis, de
lictum queuel per uẽtrem uel per urinæ
meatus: uel per totum corpus egerũtur.
Nã priora quidẽ ex modo eorum que
assumuntur tẽperantur: totum uero cor
pus salubriter pfiari facit exercitij usus
moderatus. Liqt aũt ab ipsis caueri opor
tere: oẽs ai imodicos affectus: uc3: ire: tri
stitiæ: furoris: timoris: iuidiæ. Hæc. n. al
terãt: atq; a naturali statu corp⁹ auertũt

¶ De uenereis. Cap. 86

VEnereo℞ uero: iuxta Epicuri sñiam
nullus ẽ usus salubris. Reuera aũt
cõfert: si tm̃ interualli in eorũ usu adhi
beatur: ut neq; resolutio aliqua sentiat;
& ipse seipso homo quodãmodo leuior

factus, ac melius ſpirare uideatur. Tempus uero ad utendum opportunum, cũ omnium in rerum circũſtantium exquiſita mediocritate corpus fuerit conſtitutum: cum ſcilicet neq; ſupra modũ plenum, neq; uacuum extiterit, aut in calore, aut frigore, aut ſiccitate, aut humiditate exceſſerit corpus. q ſi aberrare contigerit: paruus ſit error. Melius autem illi calefacto magis, quã ifrigidato: & pleno, q̃ uacuo: & humecto potius corpore, q̃ exiccato uti uenereis. Horum autẽ ſingulorum quæ dicta ſunt, qualitas in optima corporis conſtitutione eſt eligẽda. exercitij quidem in quo totius corporis partes æqua proportione mouentur ita ut non aliæ quidem ultra modum fatigentur aliæ uero citra cibi autem & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturæ conuenientiores quæ optima fuerint prædita temperatura. Eadem in reliquis etiam eſt ratio adhibẽda. At ſi quod ab optima conſtitutione defecerit corpus, non autem uehemẽter & hæ quæ ipſius ſanitatem cauſæ conſeruant, a proportione mutabuntur. Sed cum

multa sint huiuscemodi corpora, p singula genera seorsum dicendum. Quod igitur in temperatura euariat, instrumẽtariarum autẽ partium seruat commẽsurationem, duplicem habet salubrium causarum formam: alteram quidem earum quæ ipsius conseruant temperaturam, alteram uero eam, quæ ad optimã transferunt. Quæ itaq; ipsius temperaturam conseruant, tantum a causis optimæ temperatæ naturæ distabunt quantum & totius corporis temperatura ab illa euariabit. Calidiora siquidem corpora calidioris uictus rationem exposcũt. Frigidiora autem frigidioris, & sicciora siccioris, & humidiora humidioris ac secundum coniugationem calidiora, ac sicciora calidioris, ac siccioris, eadem in reliquis etiam coniugationibus proportione seruata. Recte siquidem causarum utetur materia, qui naturales earum potentias agnouerit, ueluti q motus, defectus alimenti, uigiliæ, excretio, & omnes animi affectus corpus exiccant, at quæ his contraria existunt, humectant. Ita uero & calefacien-

tia, & refrigerãtia uitæ instituta, & cibo
rum, ac potuũ, atq; ut simpliciter dicã,
omnium: quæ corpori afferuntur: mate
rias quis noscens: atq; potentias, salubri
bus utetur causis: similia similibus affe
rẽdo: siquidem eius propositum fuerit
in eandẽ in qua acceperit corporis serua
re temperaturam. Quod si permutare:
atq; ad melius traducere statuerit: alte
rum est hic salubrium causarum genus
his quidem quas nuper diximus cõtra
rium: æqualiter uero declinans ad alterã
partem: a bene temperatis: & medijs:
quæ optimis conuenire naturis diceba
mus. Calidior siquidem: ac siccior tem
peratura: a calidioris: ac siccioris uictus
ratione ad exactissimũ bonæ temperatu
ræ habitũ minime transfertur At taliũ
erit usus necessarius: quæ tantũ. eis: quæ
bene temperata existunt: frigidiora sint.
atq; humidiora: quãtũ & natura naturã
caliditate: & siccitate superabat, nã tal
causarum genus naturales corrigit intẽ
perantias: alterum uero de quo supra di
ximus temperaturam cõseruat. Est autẽ
utriusq; uicissim apud medicos usus ne

cessarius nā cum plurimū suppetit ocij corrigere oportet ac sensim ad meliora trāsferre. Neq; enim natura patitur eas quæ subito fiunt alterationes: hominē autem necessarijs occupationibus districtum in eodem prestat habitu conseruare. Quo pacto igitur & hoc ipsū primum causarum genus conseruatiuum appellamus? nā forte magis alteratiuū & curatiuum & naturaliū defectuū correctiuum uocare conueniat. Quoniam ad uniuersum sanitatis genus referētes non ad eas quæ secundum speciem differentias quæcunq; sanos conseruant: conseruantia omnia uocamus: siue præter id q sanitatem conseruāt ad melius totam, traducant temperaturā siue pristinum tantūmodo habitum tueantur: at quæ deteriorem statum efficiunt, insalubria. Quecunque igitur similem habent in omnibus corporis partibus intemperiem eadem egent procuratione: que uero dissimilem dissimili Nam fieri potest ut uētriculus frigidior sit quam oporteat: caput uero calidius: atque utrunq; proprijs egeat auxilijs, ac ratio

ne eadem singulæ aliæ partes cum fue-
rint aut præter modum humidiores, aut
sicciores, aut calidiores, aut frigidiores,
suæ intemperiei uictum exigunt accom
modatum. Neq; igitur modo eodē om-
nes tales corporis partes exercebimus,
neq; æqualiter humectabimus, aut exic-
cabimus aut tale aliud quippiam age-
mus. Plenius uero de his diximus uo lu
mine illo, quod de salu bribus inscribit

¶ De causis salubribus partiū instru
mentariarum. Cap. 87.

INstrumentariarum autem partium
causæ salubres, queādmodum & hic
ab optima constitutione delinquitur. ita
& inuicem distabunt. Alij enim sunt sa
lubres erroribus qui in formatione con
sistunt, alia his qui in magnitudine, uel
numero, uel positu. In formatione igi-
tur plures contingunt errores: nam & fi
gura partis, & si qua in ea cauitas est se-
cundum naturam, uel meatus, uel orifi-
cium, uel asperitas, uel lenitas, quando a
naturali mediocritate recesserit. Si qui-
dē parum hoc patiantur: salubrium cor
porum retinent appellationem, si uero

amplius insalubrium. Quod si tantus fue
rit recessus, ut operationi afferat detrimē
tum iam ægrotare dicentur. Secundum
quantitatem autem excessus atque defe-
ctus ad easdem ducit differentias. In nu
mero uero siue una siue plures quæcunque
ex similaribus partibus fuerint aut defi
ciant aut superabundent. Ex hoc gene-
re etiam sunt quæcunque in nobis substan
tiæ preter naturam consistunt. Reliquū
est aliud genus quod ad situm cuiusli-
bet simplicis attinet partis in quo & ip-
so quatuor sunt omnes differentiæ. pri-
ma quidem que optima existit: secunda
uero que parum euariat. atque ideo
salubre adhuc efficit corpus: & tertia q̄
insalubre quando amplius a modo re-
cesserit: & quarta que iam egrum reces-
su plurimo reddit. Quecunque igitur par
tes in figura delinquunt ueluti que pre
seruare & oblique appelantur: hec quū
nuper natus & adhuc tenellus ē forma
tione atque alligatione ad naturalem tra-
ducuntur habitum. quod si iam aucto in-
fante ad duritiam peruenerit: emendai
ri non possunt. Sic errores quidem qu

ad cauitatem attinent, cum adhuc au-
geri perseuerant, correctionem admit-
tunt cum autem iam ad ultimum per-
uenerint, nullus est remedio locus. Caui
tates igitur, quiete, atq; alligatione par
uæ redduntur: magne uero partiũ ope-
ratione, & spiritus retẽtione: sic & quæ
cunq; foramina oraq;. Et quidem quæ
naturalem magnitudinẽ partes exupu-
rant, quiete, ac commoda alligatione mi
nores redduntur, augentur autem & na
turali motu, & frictiõe moderata, & qui
buscunq; alijs plus sanguinis attrahere
natura aptis. Deficiẽtes uero partes que
cunq; ex sanguine ortum habuerint, cor
rigi quidẽ non est impossibile. quæ au-
tem ex semine, propemodum impossi-
bile existit: licet tamen aliquando loco
eorum alia facere quæ usum haud dissi-
milem præstent. Earum uero omnium
natura opifex est, medicus autem mini-
ster. Quæ uero numero excedunt, his
ablatio causa salubris existit. inspice-
re uero oportet in quibus id fieri possit.
Nam si impossibile appareat, transpo-
nere tentandum est. Eadem est & eorum

quæ in ſitu uicia ſunt emendatio, neque in obſcuro eſt ꝙ duo ſæpius, aut tria uicia eandem partem poſſunt occupare, ſicuti in eo qui uentriculum paruum ſimul atq; rotũdum, atq; aduerſus ſeptũ habuit incumbentem. In ipſo etenim, magnitudo, formatio, ac ſitus erant deprauati tẽperatura quoq; frigidior exiſtebat, hic nullo artificio ad naturalem habitum transferri poterat: at ne adeo infeſtaretur erat remedio locus. nã quoniam repleto uentriculo difficultate ſpirandi premebatur, minus cibi, at magis alimento opportuni. & qui non difficulter ſubduceretur, ter die aſſumebat. Alteri uero cui obſtructio in hepate ob uaſorum anguſtiam ſæpius contingebat, extenuans uictus pro remedio inuẽtus ẽ.

¶ De ſolutione cõtinuitatis. Cap. 88.

Reliquũ igit̃ id morbi genus ẽ, qđ & ſimilaribus & inſtrumẽtarijs ꝑtibus cõe exiſtit. ſolutio. ſ. ꝯtinuitatis quã quiſpiam forte his unq̃ adeſſe negaret ꝗ integra ſanitate fruunt̃, quoniã ſemꝑ ſi paſſio quẽ ſane latet eandem in oĩbus generibus fore dubitationem. Niſi enim

operatiõis læsio sensibilis, sanitatem ab ægritudine sæparet, sed qualitatem tantũmodo dispositionis introspiciamus perpetuæ passibilitatis dogma necessario recipiemus, cum nullus sit qui oẽs operatiões optimas habeat. sed de hoc quidem, ut quod ad logicã potius pertineat contemplationem, seorsum consideretur. Salubres uero causas, ut his quos nemo dubitat ægrotare, deinceps percurramus a mala temperatura exordium faciẽtes. Hic uero prius distinguamus quæ omnes fere medici prætermittunt, alias quidem esse salubres causas eius intemperaturæ quæ iam facta est, alias autem illius quæ & adhuc fit, sicuti etiam alias eius, quæ futura est. Huius itaque postremæ hæc quidem in præseruatiua artis parte continentur, hæ uero in salubri. Primæ autem inter omnes in curatiua tantũmodo, sed eius, quã mediã inter utranque locauimus, in præseruatiua, quam curatiua, Iam enim factam, atque existentem ægritudinẽ: curare oportet: sed quæ nondum quidem adest, at futura est, prohibendũ est ne fiat ab ea quæ

eũ in

est in corpore dispositione. Eius autem
quæ adhuc fit qđ quidē factum est cu=
rare opus est; qđ autē futurū, prohibere
ne fiat. Prohibebit aūt sublata ea dispo=
sitione, quā sequi natura apta est. Talis
uero dispositio cā aūs appellatur. Facta
autē ægritudo curabitur soluta ea dispo
sitione a qua primū, ea q̄ secūdū naturā
læditur operatio, quā quidam & ipsam
morbi essentiam dicimus esse.

De cōissima intētione curatiua. Ca. 89.

CVratio uero unā præcipuā, ac com=
munissimā hēt intētionē, ad id qđ
est dispōni auferēdæ cōtrariū. Ex hoc si
quidē genere sunt causæ illæ oēs q̄ sani=
tatem efficiunt. Secundū partē uero, ex
unicuiq; dispōni cōtrarijs. Calido igit=
affectui, cā frigida cōtraria existit. frigi
do aūt calida eadēq; in cæteris ꝓpor tio=
ne. Etenim si oē imoderatū est p̄ter natu
rā, moderatū uero secūdū naturā: neces=
se est oīno, ut imoderatū ab immodera
to ꝯtrario ad mediocritatē redigatur. At
manifestū est q̄ scdm potentiā, nō autē
imaginationē, & calefaciens, & refrige=
rans, & q̄cūq; alia huiuscemodi oportet

assumere. Voco aũt scd̃m potentiã q̃ re ipsa uere tale existit, quale esse dr̃. Scd̃m imaginationẽ autẽ, q̃ ex prõpto quidẽ sensu tale eẽ imaginamur, cũ tñ uere tale nõ sit. Sed q̃ sint hæc rõne distinguenda, diximus in his libris, in qbus de simplicium medicaminũ ptãtibus agit. Ad iuentionem aũt salubriũ causarum quæcũq; quidem, ut ad eã quæ iam facta est egritudinẽ, cause salubres existunt, uia illa doctrine utendum, qua id q̃ imaginamur, ab eo qđ talẽ hẽt ptãtem separetur. Quecunq; uero, ut ad eã que adhuc fit, & hac eadẽ uia, neq; nõ illa præterea, ex qua egritudinum cause inueniunt. Esto.n. si ita cõtigerit in humoribus putrescẽtibus accẽdi febrẽ. Indicatio in hmõi est euacuatio, atq; alteratio, hec qdem que putredinẽ finiat manente adhuc substãtia, euacuatio q̃ ꝓo totã ex corpore substantiam educat. Sed dicta quidẽ alterationis spẽs cõcoctio existit, quã ubi inuenerimus a quibus nã causis fieri ꝯtingat, tunc utiq; eoꝝ que hoc pacto salubria sunt scientiam tenebimus. Euacuationes autẽ fiunt, & per sangui

nis emiſſionem & clyſteris uſum, & per urinæ uias, atq; eam quæ per cutē fit trā ſpirationē, ac præterea per eā quæ fit ad partes oppoſitas attractionem, atque ad alias ꝓpinquas deriuationē. Nam & ad hoc idē genus pertinet citare menſtrua, atq; ora uenarū, quæ græci hæmorrhoidas appellant, aperire, ac per palatū, naresq; expurgare. Cū igit & hic materias īuenerimus quibus in qualitate & quantitate, & modo uſus adhibitis, euacuatio fit in ipſa artis parte ſalubria inuenientur, atq; eorū omniū inuentio traditur in eo uolumine: quod de arte curatiua inſcribitur. Eadē ratione in alijs tribus intemperaturis, ſi unum commune præceptum obſeruabimus, ut unamquanque prius quæ efficit cauſam reſcindamus: deinde ita ad illam, quæ ab eadem cauſa facta eſt, ægritudinem accedamus, cauſarum ſalubrium inuentionē faciemus. Secundum uero cōpoſitas intēperaturas ex ſimplicibus cōpoſitio cōmonſtrabit ſalubria præcepta, cū hic quoque ſtuduerimus pro magnitudine intemperaturæ eidem conueniens inuenire remedium.

Veluti si ita contigerit ꝙ in decē quidē numeris ad calidıtatē maiorem ea quæ naturæ conueniat, decidat corpus, septē uero ad siccitatē maiorē: tunc salubrem causam in huiuscemodi affectibus esse oportebit, decē quidē numeris frigidiorem, septē uero humidiorē. Si igitur ipsi particulæ patiēti admoueatur tale remedium: tāto erit frigidius: atq; humidius quātum exigit partis affectæ indicatio. Quod si particula affecta in penitioribus locis sita sit, machinari oportet insuper tale inuenire salubre remediū, cuius uis nequaꝗ in itinere antea soluat. Si itaq; calidius esse oportuerit, eo quod est moderatū, non solū tantā habeat caliditatē, quātam exigit morbus: sed ultra eandem mensurā tantū adiiciat, quātū ex situ, ut pertingere possit ad locum patientē, sit necessariū. Si uero frigidius: nō simpliciter tantū frigiditatē oportet augere, sed & materia quoque prius est aīaduertēda. Si.n. crassa sit, nō admodū poterit ad profunda penetrare at potius contrariū præstabit effectū, spissando superficiē, atq; dēsando, At si tenuioribus

partibus constet poterit sane plurimum subire profundū. Idē in humectātibus, atq; exicātibus accidit, in qbus crassitudo atq; subtilitas partiū substantiæ est inspicienda. A situ quidē loci, ut nuper diximus inuenit indicatio salubre remediū. A formatione aūt, & situ simul, qñ effluxus sensibiles, atq; ad aliū locū foraminibus patentes habuerint, aut his oīno caruerint. Quos enim effluxus ad principales deferri ptes cognouerimus auertemus: atq; ad illas impellemus, q̃ nullum hñt principatū illud uero manifestū, quod earū quæ intēperaturam efficiunt causarū curatio fit per euacuationem. Nam ipsæ intēperaturæ sola alteratione sanantur.

Curatio solutionis continuitatis. in parte carnosa. Cap. 90.

Continuitatis autem solutionis curatio, intētionē quidē habet unionē, quæ in partibus quidē instrumentarijs impossibilis est: in similiaribus uero nō semper possibilis. At qñque sicuti in carnosis sanitas cōglutinatione perficitur, nil uero differt, neque si coalitū appella

ueris. Ipsam uero antecedit q̄n uulnus maius extiterit partiū applicatio distantium: que ex formationis genere existit. Vt aūt hæc ipsa firma: ac stabilis fiat: & alligatio cogens in unū quæ distant: & fibulæ: & suturæ utiles sunt. Coalescere aūt ascit ea: quæ inuicem distāt: ac pristinā restituit unitatē ipsa natura. Nostrū uero opus est: ut diximus: applicare extrema distantiū partiū: atq; ita ut in unū coacta sunt: cōseruare: & tertio loco cauere ne quid labris ulceris intercidat, & quarto ipsam partis substantiā ꝯseruare salubrē. sed quo pacto & primū & secūdū impleamus officiū: dictū est. Tertiū uero in cogēdo in unū partes distantes exequemur: si nihil extrinsecus īcidere permittamus: q̄m sæpius usu euenit: ut pilus: aut oleū: aut aliqua alia humiditas interueniens: earum quæ copulādæ sunt: partiū: unitatē impediat. In eo aūt qđ sequit̄ tēpore ꝑ suffluctiones tertia intētio retinet̄. Ipsam uero suffluxionē ex eiusdē & ꝯtrarij loci diuisiōe: & figura opportuna cōparandum. Partis autē substātiā salubrem cū mediocriter exic

cantibus ꝯſeruabimus. Hæc q̄dē eſt ſo-
lutæ ꝯtinuitatis curatio, cū ipſa ſola ſe-
orſum in carnoſa p̄te ꝯſtiterit. Q d ſi ali-
cui alteri morbo ꝯiungatur, plures ſunt
indicationū intentiones: quas in cōpoſi-
toꝝ uel cōplicatoꝝ, ſiue ut cuiq; appel-
lare libuerit, doctrina deinceps trade-
mus. In p̄nti aūt ſermone ad reliquas
unitatis ſolutiones accedendum.

De ſolutione ꝯtinuitatis in oſſe. Cap. 9.

FRactio igit̃ eſt ꝯtinuitatis in oſſe ſo-
lutio: q̄ quātū ad intentionem primā
inſanabilis exiſtit: quo ad ſc̄dam uero
quodāmō ſanabilis fit. Prima igit̃ inten
tio eſt coalitus partiū, q ob oſſis duritiē
fieri non pōt. Sc̄da, alligatio q̄ fit callo
ſupnato partes fractas circū alligante.
Calli aūt generatio qua q̄dem ex mate
ria: & a natura fit, eſt & ad alia cōmunis
Q ua uero formā oſſi uicinam habet, ex
eiuſdem fit alimēto. Molle uero: & pue
rile os coaleſcere pōt. Sed perraro fit ta-
lis affectus, quin cum altero ſocietur.
Magna enim ex parte muſculi adiacen-
tes una corporibus alijs, fractis oſſi-
bus: patiuntur. Q uare & curationis in-

ctio oritur duplex, quarũ altera quidẽ circa ossa, altera uero circa corpora adiacentia uersatur. Sed hec quidẽ in carnosarũ partium cõplicatis dicentur affectibus, nũc uero de fractionibus dicendũ. Quoniã enim harum sanitas callositate procurať, ut aũt callus generet, proprij ossis alimenti superfluitatẽ naturæ suggerere oportet: hanc uero superfluitatẽ in qualitate, ac quãtitate seruare modũ est necessariũ. unde & rõ uictus est adhibenda: quæ tantũ ac talem influere ossibus sanguine præparet, qualis, & quantus generando callo fit opportunus.

Quoniam uero per fracti ossis cauernas idem effundiť sanguis, eiusdẽ qualitatẽ, & multitudinem aĩaduertere oportet: atque ita uel sicciorẽ, uel humidiorẽ uictũ instituere. Sed hæc oĩa in libris, in quibus de curãdi ratione tractatur, plenius sunt explicata.

¶ De punctura nerui, & chordæ. Ca. 92

NErui uero, & chordæ pũctura, propter sensus uehemẽtiã, & qm̃ hæc pars principio cõtinuatur. prõpta est ad neruo℞ conuulsionẽ excitandã: ac tum

presertim cũ nihil extrorsum expirat obcæcato cutis uulnere. Aperiendũ est igitur, atq; exicandum substantia tenui quæ usque ad ima nerui offensi possit penetrare. De his uero exacte dicimus in libris de arte curãdi cõscriptis. In simplicibus quidem huius generis affectibus salubrium causarũ forma talis existit. In cõpositis uero cõplicatur, ulceribus prima quidẽ cauitas quã non alterum affectum sed ulceris differentiã esse arbitrãtur. Est aũt non differentia huiuscemodi res: sed alterũ aliqđ totius ægridudinis genus in quo ipsius substantie iactura facta est. Et quidem curatio in duplici morbo duplicẽ exigit intẽtionẽ. Nã cõtinuitatis solutio, unitate: substẽtie aũt iactura generatione indiget. Paulo uero supra generationis intẽtiones expositæ sunt. Q đ aũt primũ quidẽ hunc affectum oporteat sanare demũ unitatẽ restiuere tentare ipsa rerũ natura cõmonstrat. Cum itaq; repletũ qdẽ fuerit cauũ: ulcus uero ad æqualitatẽ perductũ: alterã intentionẽ aboleri contingit. Nam media existẽte inter labia ulceris ea car

ne quæ nuper est genita, partes quidem distantes uniri est impossibile. unū fit ut alia sit intētio pquirēda. Intētionē autē cōsequemur, ex eo qđ est scđm naturā ipsi parti cōparando, erat aūt eidē cute obduci naturale. Quare hoc ipsum a nobis pcurandū, aut si hæc intētio effectum sortiri non pōt simile aliqđ cuti, carnē. s. quæ cutis naturæ uicina sit, instaurandū. Est autē hmōi q̄ & sicca & cali similitudinē præ se fert. Ad cicatricē igit̃ obducendā necessaria erūt exiccantia, ac sine mordacitate adstringētia medicamina. Ita & si sordities aliqua fuerit adnata, intētio quidē erit abstergēdi, & erit medicamē salubre abstersiuum. Eorūdem uero materiā in libris, in quibus de medicaminibus agit̃, scripsimus Et quidē si aliqua inflammatio, uel attritio, aut tumor p̄durus, uel mollis, & laxus cū ulcere fuerint, prius eoꝝ curationi intēdere opꝫ, eas sequēdo uias: ac rationes quas prius exposuimus. Sic & si aliquid ulceri illabit̃, ad illabentiū curationē intendendū. Eodē pariter modo si aliqua intemperies ulceratū locū obsede

est:ad eiusdem intemperiei remedia antea ueniendum. Sed de his q̄dem satis.

¶ De speciebus morborum sc̄d̄m formationem. Cap. 93.

NVnc uero trāseundū est ad formationis genus: q̄d in plures secaē differetias. At ab eo ꝙ euidentissimum existit: exordium est sermonis faciēdū: ꝙ ex figuræ ꝑmutatione cōtingit. In his igiē qui adhuc crescunt: possibile est p luriū partium figurā emendare: in his aūt q iā aucti sunt, minime. Intentio tñ quo ad fieri pōt: curationē adhibere ad ꝯtrariū euersionis adducendo. Si uero fractione aliqua nō recte cōformata: alicuius mēbri figura fuerit uitiata: cui substātia callosa inasci ꝓuenerit: siq̄dē hec adhuc recēs extiterit: ꝑfringere op3: ac rursus recte afformare: deīde callū supinducere.

¶ De obstructione. Cap. 94.

EST uero & obstructio ex eodem genere ægritudinum, q̄ q̄dem ex lentis & crassis humoribus fit: unā & ipsa habens intentionem morbo contrariā: dico autem apertionem. Causæ uero salubres sunt abstergentia: atque incidentia

medicamina. Quæ uero fit a stercore duro quod interseptit intestinũ, primũ quidem habebit duritiei remediũ ex humidis, pinguibusq; clysteribus, demũ ex acribus euacuationem exposcet. Quæ aũt a lapide fit in uesica, in pñti quidem transpositionẽ reqrit, integræ uero sanitatis cã, incisionẽ, & extractionẽ. Humiditatis aũt quæ, pter naturam ɔtinetur, sanatio in oĩmoda euacuatione cõsistit, quẽadmodũ etiã in suppuratis. Immodica aũt repletio ĩmodica euacuatione curatur, ut cũ sanguis intra uenas redũdat. Sic & quibuscũq;, in uentriculo, uel intestinis, uel arteria aspera, uel pulmone, pus, aut sanguis continetur, integra euacuatio est necessaria: superflui autẽ cibi, aut potus adhuc recẽtis assumptio euacuatione corrigit. Quicũq; igitur in pulmone, uel pectore cõtinent, cũ tussi educuntur, aut a medicaminibus extenuantibus. Quæcunque uero in hepate, uel uenis, uel arterijs uel renibus aut per urinam, aut per uentriculũ. Sed per urinã quidẽ, ab his quæ uehemẽter extenuant: per uentrẽ uero, ab his q̃ attra

hendi, aut aperiēdi ora uim hn̄t. Quæcūq; uero in superiori uentre cōprehendunt, per uomitū, quæ aūt in inferiori, per subductionē. Sed quæcūq; sub cute per sectionē, uel ignē, ut per medicamina adurētia. Sic uero aliqn̄ quæcūq; in aliqua naturali cauitate, ut in thorace. Et ut summatim dicā, quicqd p̄ter naturam in aliquibus partibus cōtinet, sanationis intētio est ablatio: quæ si fieri nō possit, transpositio. Quæ uero non sunt ex genere; præter naturā, at quātitate dānant, in his intētio est abeuacuatio. At inuētio eoꝝ q̄ ad ipsoꝝ sanationē perducunt, partim quidē ex affectu, sed præcipue ex ipsis affectis particulis sumitur.

¶ De asperitate & leuitate. Cap. 95.

Quæcūq; partes uero ob id ꝙ exasperatæ naturalē amiserint habitum, his leuitas naturalis est restituēda, ossa quidē leuigando, arteriā aūt, & linguā lenitēdo, humidis q̄ nihil mordeāt, & lentorē habeāt. Sed qbuscūq; leuitas inest nō nauralis: asperitas est reuocanda medicaminibus: q̄ sufficiētes abstergant: & parū adstringāt. Quæcūq; uero

uel obstructiones, uel angustiæ mea tuũ alias sequunt ægritudines, ab illa℞ curatione prius est incipiendum. Ostensum siquidem est in libro de differentijs morbo℞, ꝙ & inflãmationibus, & duris laxisq́ tumoribus, & siccitatibus, aliqñ imodicis, ac præterea uitiosis partiũ cõtinentiũ figuris, ea quæ nuper diximus sæpius adueniũt: sicuti & quibusdã tumoribus eo℞ quæ sunt in ambitu corpo℞. Quod si nõnulla ex ꝓxime dictis inuicẽ cõplicent, uarias habebunt indicationes. Sufficiet aũt in uno exẽplo habuisse sermonem, qm̃ de oĩbus in libris de arte curãdi plenius sumus exequuti. Supponat cuipiam particulæ multitudinem sanguinis influi, adeo ut intendant in ea uenæ, nõ maiores tantũ, sed etiam paruæ, q̃ prius sensum effugiebãt, nunc uero iam plenæ uisu cõprehendunt, sicuti plerũq́ in oculis ob tunicæ albedinem manifestissime patet: par siquidem est ꝙ & alia uasa q̃ latent sensum iam, plena distendantur, nõdũ & ipsa ob paruitatẽ uisui manifesta: & iam periculum iminet, ne quod ex uasis exudat, ad spa

cia uacua, q̃ in medio sunt, affundatur, aut ne iã paucũ aliqd' sit effusum. Huius quidem affectus sanatio intẽtionẽ hebit euacuationẽ, aut, ut manifestiori uocabulo utamur, abeuacuatiõem siquidem morbus erat imoderata partis repletio, Necessarium igit est, ut aut supfluitas retrocedẽs euacuet: aut p ipsam patientem particulã. Retrocedet aũt: uel impulsa: uel attracta: uel trasmissa: uel horũ uno aliquo modorũ uel oibus. Per locũ uero patientẽ euacuabit, ptim qdem manifeste, & sensibiliter: ptim uero in uapores resoluta. Si igitur uniuersum corpus plus equo plenũ fuerit: p patientẽ locũ minime euacuandũ. Nam si scarificationibus aut sectionibus sensibil'r euacuabimus: plus rõne excitati doloris attrahemus. Si vo calefaciẽtibus dispgere tẽtabimus: plus erit id qp ui caloris ad ptẽ attrahet, quã dispsum. Q̃ d si i eo elaborabim⁹: ut qp influxit retrocedat corpus plenum nõ admittet. Ad hæc igit ambo totũ corp⁹ euacuare oportet aut oino ad cõtraria loca retrahere qd' patiẽti particulæ influit: quo perfecto opere prius a

parte repellendum, mox dispergendum. Quãto enim ꝑ minora fit, tãto expeditior est euacuatio. A patiente uero loco adstringendo, ac refrigerãdo, repellemus: sed & exinanita loca attrahũt ad seipsa quæcũq; repercutiuntur. Hoc siquidẽ ostẽsum est in eo uolumine, in quo de potẽtijs naturalibus agit, & uasa preterea uigore ex medicaminibus adstringentibus addito, a se ad alia remittẽt. Si igitur hac uia superfluũ oẽ retrocesserit bene seres hẽt. At si aliqd fuerit in parte retentũ, coniecturandũ erit id lentum ac crassum existere: atq; ea ratione iã coactũ atq; a districtũ, ut cũ difficultate solui possit. Fieri aũt põt, ẽt si nõ eius naturæ sit, ut ad spatia que in medio, sit effusum. in quo casu tũc ad id ueniendum esse tẽpus suadet, ut hoc ipsum qd' reliquũ est ꝑ patiẽtẽ locũ euacuemus, imponendo supra iacentibus partibus ea, q̃ io fluentẽ humorẽ repellẽdi uim hñt. Maxime uero euacuabis, si in spatijs intera medijs aliqd ꝯtineri cõiectura assequeris, & scarificationũ auxilio, & medicaminũ q̃ uim hẽant, dispergendi. Sed qm̃

hæc oia

hæc oīa uires calidas habēt, eiusdē uero tēperatuæ opus ē, mordere quād o modum excesserit, cauēda ex eis sunt uehementissime calida, ac tum præsertim cū patiēs locus iter summa fuerit neque. n. paruus excitabitur dolor, si pter ppriū affectū insup moderatur, omnisq; præterea dolor fluctiones commouet. Q d igitur mediocrē caliditatē obtinet, i his sensum doloris nō inuehit: atq; eo amplius omni dolore uacat, si humidū extiterit. Et quidē quicquid per sūma hæret, potens est id medicamen dispergere q etiā ualidas nō habuerit ad dispergēdum uires. Quod si summæ quidē partes omni noxa caruerint, id uero q eua curari oporteat ī penitioribus partibus fuerit: intēdendus, atque augēdus dispgentis medicaminis calor, cū dubitādū sit ne priusq̄ profundas attigerit partes interim uires amittat: neque tamē ex eo superiores partes aliquē dolorē sentiēt, cū omni uacēt affectu. Quare nūc hæc duo simul inuitāt ad calidorum pariter atque acriū medicaminū usum, & sūmæ partes quæ tolerant, & profundæ quæ

egent. Hæc igitur ex patiente particula indicatio assumebatur. Deinceps uero, si quid ad sanitatem deficiat considere- mus, neq; enim parum aliquid deesse ui detur. Affectæ partes, in quibus fluctio nis superfluitas retinetur, nōnullæ qdē igitur raræ, & laxæ, & molles natura exi stunt: nonnullæ autē densæ, & presse, ac duræ. Priores igitur facile euacuant re- liquæ autē acrioribus euacuantibus, ac præterea tenuiores partes habentibus, egent: atq; eo etiam magis quanto pro fundiorē situm habuerint. Hæc igit tibi rursus sit indicatio, altera a particulæ pa tentis substātia: alia uera a formatione simul, ac situ. Supponatur enim, si ita cō tigerit, in hepate esse proxime dictū affe ctū, in angustis uasorū finibus intrusis humoribus, qui uellenti, ac tenaces, uel crassi existāt, uel superabūdent. Nōne in prōptu est, primum quidē crassitiē, una cum lentore, & tenacitate, cibis, ac poti- bus extenuātibus, ad subtiliorū partium substantiam transferri oportere? Secūdo autem loco non per angustos, atq; inu sibiles, sed latiores meatus quicquid ini

festū existit esse euacuandum? Sunt enim in hepate uenæ non minus amplitudine quā numero excedentes: terminātur aūt hæ quidē in gibbis ad uenam cauā, hæ uero in cauis ad portam. Vnde haud difficile tibi futurū u bicūq; pressi, ac stipati humores fuerint, eosdē expedite euacuare, trahēdo q̃dē ad uentrē cum his q̄ attrahēdi uim habent medicaminibus, quicūq; ex ipsis in uenis ad caua hepatis pertinētibus aceruari, ad urinæ uero meatus ꝓmouēdo ꝑ cauā uenā q̄cunq; in uenis ad eā ꝑtinētibus sunt. Sed p̄ter supradictas alia est indicatio ab hepate ipso, ueluti a uenaꝝ principio: nam cum non tantū seipsum regere natura aptum sit, ut pleræq; animalis partes, sed uenis prætērea uirtutē largiatur periculū iminet, ne si eius uigor madefacientibus, ac relaxātibus cataplasmatibus fuerit resolutus: & ipsum primū, ad sui opus atq; omnes subinde uenæ eius ratione imbecilles efficiantur. Quare in eius curationibus aliqua ex astringentibus medicaminibus miscere oportet. Sed quoniam in profundo admodum loco situm est,

dubitandũ erit ne adſtringentis medica minis uis debilitetur: niſi ab aliqua alte ra ſubtiliũ partium ſubſtãtia q̃lis aroma tum eſt traducatur. Melius ṽo fuerit, ſi & ipſum adſtringẽs medicamẽ unum ↄtinus ex aromatum gñe fuerit: nam ſi duas habuerit natura inſitas qualitates ac poteſtates, ualẽtius operabitur. Et q dem euacuet qđ præter naturã in mem brũ ↄfluxit. Seruet autẽ humoꝝ modum nature conuenientẽ. Quare & illa aĩad uerſio a nobis ẽ in hoc adhibẽda, neq̃ ab humoris cõfluentis qualitate, eiuſdẽ mẽbri tẽperies ſit alterata: ſi pituitæ na turã tenuerit ad frigiditatẽ: ſi ṽo bilis, ad caliditatẽ ut hanc ipſam curãtes intẽ periẽ ſanitati reſtituamus. Curabimus aũt contrariam ex aduerſo afferẽtes qua litatẽ: queãdmodũ in intẽperaturaꝝ cu ratiõibus diximus, quãtum unumq̃dq̃ calidius, aut frigidius factum eſt, tm̃ re frigerãtes aut calefaciẽtes. Quarẽ ut hic curſus agnoſcẽda eſt ipſius ſcđm natu rã tẽpies nã quo pacto ſciemus quãtum in frigiditate ac caliditate a naturæ mõ receſſerit, aut quãdo a frigefaciendo ſu

persedebimus, si nos latuerit, ea quæ est scdm naturã caliditas? Ita uero & si frigidius effectũ calefaciemus, ignorantes frigiditatis naturalis modũ: neq; oppor tune calefacere neq; in tempore a calefaciendo desistere poterimus.

¶ De morbo secundũ numerũ. Ca. 96.

SEd quoniã de his satis diximus, transire iã tẽpus ad ea in qbus numerus non est secũdũ naturã. Cũ uero duplex sit eorũ differẽtia quibus quidẽ aliqua particula deficit, his intẽtio est alteram efficere subministrando naturæ, eo quo diximus paulo ante, modo. At quibus superabundat, hãc resecare oportet, aut scalpello, aut igne, aut medicamine, qđ urendi uim habet. Hæc igitur oĩa sanare possibile est; at non æquæ omnia generari possunt, ut in libro đ semine diximus Quædã uero sunt: quæ & si generari nõ possunt, licet tamẽ pro ipsis alterũ efficere: quẽadmodum in osse ex toto sublato alterã substantiã in eius sede reponere, carne, atq; osse differentẽ: est enim quæ in eius gignitur loco quædã ueluti caro callosa uel callus carnosus, & processus

temporis magis, ac magis ad calli duri tiem transfertur cum ab initio carnis po tius imitetur naturã. Quæcunq; uero parte sublata cũ neq; eandem scdm speciem substantiam neque similem efficere pos sumus tertia nobis intentio quedam de corem inuenire quemadmodum in mu tilationibus.

¶ De morbo scdm magnitudinẽ. C. 97.

Communicat autẽ hoc genus totum cum eo quod ad magnitudinẽ per tinet: Nã quodcunq́ ex eo est secundum naturã, illi propinquum existit. Id uero tm̃ seiunctum est, ac seperatum qđ inter ea quæ sunt e genere non naturali cõnume ratur: in quo quidẽ prima intentio ẽ ab latio. si uero hæc impossibilis existat: se cunda est trãspositio queadmodũ in suf fusionibus. Quecunq; uero nõ integris partibus sed partiũ tantũmodo particu lis deficiunt aut excedunt naturæ modũ refectio quidem uel generatio in his quæ deficiũt ablatio uero & abolitio in his quæ superabundant. Quare neq; in ipsis altera intentio: neq; medicaminum forma genere diuersa.

¶ De morbo secundum situm. Cap. 98

SEd iã ueniẽdũ ẽ ad reliquũ salubriũ causarũ genus: ꝙ ea corpa emendat quæ ĩ situ sunt uitiata: ueluti luxatiões: & ĩtestinũ in scorto. Fit aũt hoc ex uiolẽta tentione, atq; ĩpulsu. Hoc ṽo ex dilatato: ac rupto ꝯtinẽte. Quare & duplex sanãdi modus alter qdem ad oppositã ptẽ ei a q̃ fcã est pmutatio ĩtẽdendo, atq; impellẽdo: alter uero id qđ ꝯtinet firmius solidiusq; reddẽdo. Quibus ṽo uijs: ac rõnibus singula inueniri possunt: in libris de arte curandi explanauimus.

¶ De causis præseruatiuis. Cap. 99.

COnsequẽs ẽ, ut ea oĩa exequamur quæcũq; in supiori sermone dicere distulim⁹. Vocãt ãt eadẽ p̃seruatiua. Est ãt hoꝝ triplex scđm gen⁹ differẽtia. Pria quidẽ hoĩs q integra fruit̃ sanitate: scđa uero eius q nõ ĩ⁹egre ualet: tertia eius q ægrotat. Primũ igit̃ genus ad salubrem attinet artẽ atq; ĩ duas, ut antea diximus diuidit̃ ptes: scđm ṽo ad p̃seruatiuã spectat: tertiũ ad curatiuã. Hoc autẽ uniuersuꝫ genus circa hũores p̃cipue negociat̃ quos neq; lẽtos eẽ opꝫ, neq; crassos, neq;

a quo ſos neq; plurimos neq; uehemen-
ter calidos, aut frigidos, neq; mordaces
neq; putredini obnoxios, neque ueneni
naturæ affines. Nã ubi aucti fuerint ge-
nerant morbos. Augentur uero nõnũq;
eadẽ ex cauſa quæ eos ab initio genera-
uit. Illud aũt plerũq; accidit, ut ſua alte-
ratione inficiant eos qui ſunt in corpore
humores. Intẽtio uero, & horũ ſanatio-
nis duplex exiſtit, alteratio, atq; euacua
tio. Alterant igit, uel ab ipſo corpore cõ
cocti, aut ab aliquibus alijs facultatibus
que uim medicatiuã hñt: e quorũ nume
ro ẽt ſunt ea quæ exitialiũ ferarũ uene-
nis aduerſant', ac præterea pharmaca q̃
uenena appellantur transmutant. Eua-
cuant aũt ſatis calidis medicaminibus,
& purgationibus, & clyſteribus, & ſu-
doribus, & uomitibus. Hæ qdẽ igit ſunt
cõmunes euacuationes. Propriæ autem
ex locis in quibus coaceruant, aſſumun
tur ut ĩ libris de ſalubribus oſtẽdimus
tertio præſertim, ac quarto, iã in qbus d̃
laſſitudinibus egimus, ac reliqs diſpoſi
tionibus quæ laſſitudini natura ꝓximæ
ſunt. Promptius enim euacuant ꝑ uen

trem quæcunq; in primis uenis cõtinent supfluitates, quæ aũt in his quæ in hepate sunt, per urine meatus at que in toto corpe, per sudorem: sicuti quæ in capite uel per palatũ, uel p nares, uel p utrunq; quæ uero sunt in spatijs pectoris laxioribus, p guttur simul cũ tussi, quæ i renibus sunt, uel uesica, p urinã. At atrahendi ex omni loco ad oppositas ptes cõis indicatio ẽ, ad quãmaxime distantia: deriuatio uero ad uicina. Quæcũque uero huiuscemodi curãt dispositionẽ, causas salubres appellamus: sicuti insalubres eas q̃ adaugẽt: & neutras, quæ neque obsunt: neq; iuuãt. Posset uero qspiã, neq; omnino causas appellare, quẽadmodũ maior pars sophistarũ, qui rerũ quidem differentiã inuenire contẽnunt: plurimũ uero tẽporis in nominibus ɔterũt, ɔtra quos in alijs uberius disseruimus. At ps quidẽ artis præseruatiua talis est.

¶ De parte artis que conualescentes reficit, & senibus ɔgruit. C. 100.

Quæ autẽ reficit, atque restaurat, in ɔualescẽtibus, ac senibus locum habet q̃ pro sit horũ dispositio, & a qbus

precipue causis, ad naturalem reducitu habitũ, in libris in quibus de medẽdi arte tractauimus, abunde explciauimus sed nunc ꝑ capita dicetur. Dispositio quidem igitur talis est, optimus quidẽ, sed exiguus est sãguis, atq; una cũ ipso spiritus animalis, atq; uitalis. Ipsæ ꝟo particulæ solidæ sicciores, & idcirco eorum uires sunt imbecilliores, atq; earundem rõne corpus uniuersum frigidius causæ ꝟo salubres quæ hanc emendant dispositionẽ, ut uno cõprehẽdã capite, sunt quæcunq; præsentaneũ, atq; securꝫ exhibent alimentum. Scdm partem autem, in mot bus moderatis, & cibis, potibusq; ac somnis ↄsistunt. Sunt uero motus materiæ, uehichula, ambulatiões frictiones & balneæ: & ubi non parꝫ se ex his profecisse senserint paulatim se ad consueta opera trãsferãt. Cibos aũt assumãt in principio qñdẽ humidos, & cõcoqui faciles ne frigidos, ac cũ progressi fuerint, eos etiã qui plurimũ præstãt alimẽtum. Potus ꝟo opportunus est, uinum: ætatem qdem hñs mediocrem in substãtia autem purꝫ atq; ꝑlucidum: q scilicet

uel subflauũ uel subalbum existat atque suauiter olens gustui uero neq; aqueum omnino neq; cũ aliqua insigni qualitate aut dulcedine aut acritudine aut amaritudine sentiatur. Vt aũt proxime diximus de hisce omnibus in libris de arte curandi cõscriptis plenius disseruimus Num enim neq; oĩa particulatim recensere ẽ nostri propositi institutũ sed solũ capitũ mentionẽ facere intẽdimus eorũ quæ in alijs uoluminibus latius explicauimus. Quorũ omniũ si prius & numerum & qualitatem exposuero finẽ libro imponã. Diximus itaq; prius: ꝙ alter ẽ liber ĩ quo de cõstitutione artis medicinæ disseruimus: antecedunt autẽ eũ alij duo de cõstitutione artiũ sed hi quidem una cum hoc cui nunc extremã manum adiecimus seorsũ sunt a ab alijs libris ĩ quibus plenior doctrina explicetur. Illi uero talẽ iter se ordinẽ hñt: De elemẽtis qdẽ scdm Hippocratẽ liber unus. Post nũc aut ẽtres de tẽperaturis ex qbus qdẽ duo sunt de tẽperaturis animaliũ tertius uero de his quæ simpliciũ medicaminũ sunt. Quãobrẽ & tractatũ illum ĩ quo

de simpliciũ medicaminũ potestatibus agitur, nemo recte intelligẽtia asseq pōt nisi prius tertij libri de tẽperaturis integrã cognitionẽ fuerit adeptus. Est & alius liber puus, q ordine sequit duos priores alios de tẽperaturis inscribit autẽ de inæquali temperatura. Similiter aũt, & hũc alii duo parui, alter quidẽ de optĩa corporis cõstitutione, alter de bono habitu. Alius uero tractatus est qui tres cõplectitur libros de potẽtijs naturalibus: quẽ si quis legere uelit, post librũ de tẽperaturis, siue post librum de elemẽtis, utrũq; erit ꝯsentaneũ Post hunc in pluribus alijs libris de operationibus animalibus differuimus, sed qm ad eaꝝ demonstrationes nõ parũ cõferunt quæ p sectiones ostenduntur, in illis exercitari oportet. Est aũt maxime inter alios utilis ille tractatus qui de sectionũ aggressibus inscribitur. Alij aũt sunt post eũ plures duo quidẽ de discordia sectionis unus uero de sectione mortuorum post quos sequunt hi in quibus agitur de sectione uiuorũ. In alijs uero quibusdam particulatim ob eos scripsimus qui ītro

ducuntur de ossibus: sectio quoque mu
sculoꝝ & neruoꝝ & arteriarum & uena
rum & quedam alia huiuscemodi ex eo
dem numero existunt & liber etiam in
quo queriť nunqd in arterijs cõtinetur
sanguis naturaliter. Qui ꝓo earundem
partium oꝑationes demonstrãt duo qui
dem sunt de motu musculoꝝ: tres autẽ
de pectoris & pulmõis motu: post quos
seqtur liber de causis respirationis post
hunc liber de uoce. De principatu autẽ
anime & de omnibus alijs que de natu
ralibus uel animalibus operationibus
in questionẽ trahunť: in longo uolumi
ne scripsimus: q de dogmatibus Socra
tis: & Platonis inscribiť. Ad eiusdẽ ge
neris cõtemplationẽ ꝑtinet liber: de se
mine seorsum cõscriptus: & amplius ꝺ
sectione scdm Hippocratẽ: quos omnes
ordine sequiť tractatio ꝺ utilitate ꝑtiũ.
Ad dignoscẽdas autẽ egritudines: utilis
est liber in quo de mẽbrorũ passionibus
agitur: itidem & ille in quo de pulsibus
scribiť: in quo & precognitiones edoce
mus. Librũ uero de pulsibus precedũt
alij duo: alter q de usu respirationis: &

qui de usu pulsuũ. Is uero de pulsibus in quatuor diuidit ptes, primã q eorũ differẽtias, scdm q dignotiões, tertiã q eorũ cãs, quartã quæ illã quæ per eosdẽ fit, cõtinet precognitionem. Ex eodem genere est ille qui his qui ĩtroducuntur, de pulsibus scriptus est. At uero in animo est alium scribere librum, ueluti quoddam omnium istorum compendium, quem inscribam, uel artem de pulsibus, uel cõpendium. Ad hanc quoque iuuant cons templationem, quæ a me exponuntur, & simul iudicantur in libro Archigenis de pulsibus. Ad præcognitionẽ aũt plurimũ cõfert liber de crisibus, idest decretis naturæ, quẽ præcedit alter de decretorijs diebus. Sed liber etiã qui de difficili anhelitu inscribit, & ad dignoscendũ præsentẽ affectũ, & ad præsciẽda bona, uel mala quæ ægrotanti sunt euentura, conducit. Hi igit omnes, atq; una cum ipsis tractatus quidã uno tantũ libro cõprehensi cognitu utiles sunt, sicuti illis q de præincipiẽtibus causis iscribit, & de medicinali experiẽtia, & de extenuante uictu, & qui de uenraũ sectione ad Erasi

ſtratum, qui de tumoribus præter naturã, & qui de multitudine, atq; alij præterea ſimiles. Præ cæteris aũt ad curãdi ſciẽtiã maxime neceſſarius exiſtit q de morborũ differẽtijs agit, & de accidentibus, & tertius præter illos in quo morborum cãs explicauimus: poſt quos ſunt tres alij qui accidẽtium cãs explanant, ſunt etiã de medicamentorum ſimplicium uiribus libri, de quibus ſupra meminimus, & qui de medicamentorum compoſitione: quos ſequuntur libri de arte curandi, his q de ſalubribus inſcribuntur, ſeorſum a nobis cõſcriptis. Q d' uero ante hoſece os prius exercitari oporteat, in libris de demõſtratione. Si quis hanc artem cum ratione ſit tractaturus monſtrrtum eſt a nobis, in libro qui de optima inſcribit hrſi. De aliis autem libris, & cõmentatiõibus a nobis ſcriptis trãſiger nunc minime neceſſarium cum de hiſce omnibus alibi ſimus tractaturi in uno fortaſſis, aut duobus libris qui ita inſcribentur, Galenus de uoluminibus ab eo conſcriptis.

FINIS.